
P. REGINA
SPEC.
FIN. RET.





~~D~~

D

1824

Speculū finalis retributionis nouiter emēdatum: ac suburbiis sancti Germani de pratis impressum incipit feliciter.







Prologus

Veterū probitates quosdā etiam in sacris codici
bus inscriptos varie effecerūt v̄tutes cōmenda
biles q̄ꝙ ad falsa deuius error adduxerit plurimos
virtutis tantū nomē habētes bonorū: tamē exempla
insequi licet. Quosdā enim ornat sincera fides ac ho
spitalitatis amor. Abraham quippe primus suo tē-
pore deum coluit patriā propter deum dereliquit ad
vitandū fratris sui scādalū iuri suo cessit: angelos ho
spites suscepit: filium imolare disposuit. et sic in ten-
tatione inuictus est fidelis. Alios vero insignes fecit
preclare vite mūdicia vt patet in ioseph qui zelum co
lendo dei sue angustie tēpore custodiuit mandatū: et
in tantū sublimat᷑ honorē vt fieret dn̄s egipti. Quod
si de sua misericordia cōsecutus est sedem regni in se
cula. Preter hos alij amore legis multa perpessi si-
bi nomē eternū vendicarūt. Alij rēpublicā bene regē
tes charitatē quidem non deserētes: plus insistentes
operibus corde puro deo vero famulantes. Alij arte
et industria viuētes bonam: ex suis operibus famam
per vniuersum mundū indeferētes: quorū nomina et
numerū hic inserere ꝓpter eoꝝ multitudinē preter-
mitto. Memini etiā legisse philozophantiū quosdā:
vt litterarū studio scire amantes liberius vacarent
vrbiū frequentiā reliquisse vbi multe sunt oculorum
auriumq; illecebre ne per seculi luxum et rerum tem
poralium nimiam abundantiam animi fortitudo
molesceret et ne mundi huius impudicia stuprare-
tur. Inde pictagorici consortium huius seculi neq̄
deserentes in desertis habitant locis. Etiam platoni
ci et stoici in templorum porticibus versabantur: vt
honestioris habitaculi sanctitate cōmoniti: nil aliud
q̄ de virtutibus cogitarēt. Quod vt de ceteris tacue
rim optime fecisse videtur egregius sacre theologie

a iii

doctor magister Petrus reginaldeti ordinis fratrū
minorū cuius mentem diuina sapientia ita fecūdasse
arbitor mirabili: ac ineffabili modo inebriasse: vt ni-
chil terrenū nichilqꝫ mundanū cor eius alliceret: sed
toto mẽtis sue conatu intuitu et affectu futurā operū
bonorū: malorūue retributionẽ contẽplaretur. de qua
in simbolo Athanasius ait. Qui bona egerūt ibunt
in vitā eternā. Qui vero mala in ignẽ eternuꝫ. Unde
et tanqꝫ de huiusmodi nō ignarus libellum hunc quẽ
si ceteris placet. Speculum finalis retributiōis ap-
pello. nō sine magno labore magnaqꝫ diligẽtia com
posuit stilo grato et fecundo: celsaqꝫ sententia atqꝫ or
dine decentissimo ad finem vsqꝫ perducendo. Cuius
vtilitatem frequẽtissime cogitās ego frater Guiller-
mus totani sacri ordinis fratrū predicatorū humilis
doctor et lector insignis ecclesie primatis galliarum
sancti Johānis Lu. memor prioris charitatis patrū
nostrorū dominici: scilicet sanctissimi patriarche no-
stri viri vtiqꝫ apostolici ac gloriosissimi confessoris
Francisci seraphici sacri ordinis minorū fundatoris
egregij qui adhuc mortales virgine sacratissima dei
matre procurante coram deo et christo iesu mirabili-
ter corpore affectu et effectu conuenerūt in vnum cha
ritatis amplexibus post visionẽ mirabilem seinuicẽ
osculantes et dicẽtes: quia simul pergemus ad idem
conabimur: nostri quoqꝫ veri pariter successores. Tā
tum ego ac tam vtile opus ad gloriam prefati sacri
ordinis minorum in lucem omnibus prebere volens
quo salus plurium valeat procurari ex exemplari nō
modicū viciato studui quoad potui verum exẽplar
conficere de minus bene correctis veniam petẽs cum
orationū suffragiis. de hiis vero que sana vtilia et nō
in aliquo viciata aut incorrecta legentes reperirent

gratias deo et laudes actori huius referre laborent. Quia deus testepˢ.lxi. Reddet vnicuiqꝫ iuxta opera sua. Expediens et vtile valde videtur dicere aliqd de gaudiis paradisi ꝛ de penis inferni scdm q intelligere valemus de his duobus ex sacra scriptura et dictis sanctorũ et doctorũ. Utile inqͣ propter tria: videlicet Propter cõcupiscentiam fugiendam. Propter penitẽtiam peragendam. Et propter vitã iustã conseruãdam. Dies em̃ mali sunt simo videntur nũc hĳ dies esse. de quibꝰ ait christus. Abundabit iniquitas: refrigescet charitas multoꝝ. Math. xxiiij. Quapropter sicut mater ostẽdit filio pomũ vt ad eam veniat: et rex patibulum homini ne furtum faciat et rector scholarium virgas discipulo vt lectionẽ adiscat. Sic dñs iesus tãqͣ mater nobis insinuauit multa de gaudiis paradisi: vt illum sequamur et multa de penis inferni vt peccatũ caueamus. Et virgas quibus in perpetuum punientur damnati vt bene agere discamus. Primo igitur dicẽdum est de penis inferni. Secũdo de gaudiis paradisi Juxta pˢ. Trãsiuimus per ignem et aquam et eduxit nos in refrigeriũ. Thema igitur sit istud.

Conuertantur in infernum omnes gentes que obliuiscuntur deum. Psalmo ix. Consideremus igitur charissimi et attendamus diligenter quot et quanti dolores sunt in inferno sic et a peccatis nostris resiliemus et: si non amore dei saltem penarũ timore: quia timor expellit peccatum. Ecclesiasti. i. Unde in libro de oculo morali. Hic aspectus: scilicet penarum inferni vtilis est et vt culpa vitetur: et vt pena presẽs facilis reputetur. Unde dicit Jsidorus li. soliloquiorũ Prepone tibi aduersus carnis ardores

futuri supplicij ignes. Memoria ardoris gehēne ardorem extinguit luxurie Uidemus quando digit⁹ est adustus applicatus ad ignē vt minor calor possit extrahi per maiorem calorem sic et peccator inflammatus igne peccati si per considerationem applicet se igni infernali minor calor extrahi poterit a maiore Eccle. vij. Memorare nouissima tua et in eternum nō peccabis. Facit secūdo vt pena pñs facilis reputetur Unde dicebat Bern. Uigilias times et ieiunia manuumque labores sed hec leuia sunt flammas perpetuas meditanti. Narrat beda in gestis anglorum quod tempore constantini minoris imperatoris quidam pater familias cū decessisset i anglia eius anima eterni iudicis ante tribunal est adducta vbi tandem obtinuit dei genitricis intercessionibus vt prius inspectis penis infernalibus post hec rediret ad corpus reuixit igitur qui erat mortuus et enaratis de penis inferni mirabilibus et rebus suis erogatis pauperib⁹ profectus est ad quandam insulam vt lingua simul et opere ostenderet quāta tormenta vidisset. Et i maxima hyeme se mergebat in flumē. Et cum eū sup hoc amici arguerēt et noti. respondit. Sinite me. nā maiora vidi etc. Sunt enī ibi tot et tante miserie quod si eas homo cognosceret per aliquam experientiam nullam posset in hoc mundo cogitare miseriam quā non potius sustineret quam illas penas sufferre vellet. Dicam⁹ igitur hic de tribus.

¶ Primo de loco infernali et eius qualitate
Secūdo de dānatorū pena corpali et ei⁹ multiplicitate
Tertio de pena spirituali et eius varietate.

PRimo igitur videndum est de loco infernali et eius qualitate. Unde dicit Richardus et tenēt quasi omnes doctores quod infernus est in medio terre

quia iste locus est remotissimus a celo quia centrum summe distat a circunferentia Nam sicut deus ordinat corpora in suis locis graviora sub levibus ponendo secundum exigentiam suorum naturalium pōderum. Sic ordinat creaturas rationales in locis secundum exigentiam suorum amoruꝫ et ponderū. qꝛ sm Aug. pōdus meū amor meus Et ideo sicut electi sunt in celo qꝛ in suo amore celestia terrenis preposuerunt. ita reprobi per divinam iusticiam sunt ⁊ erunt in loco infimo quia in suo amore infima et terrena superioribus ⁊ celestibus preposuerūt. Hec ille Ex quo patet vbi sit infernus qui scd̄m astronomos ⁊ speras mensurantes distat a sup̄ficie terre per duo milia. cc. quinquaginta miliaria. quia est in medio diametri. Est igit̄ infernus velut fossa sive carcer in medio terre terra ipsa circunquaꝙ conclusus. Sed qualis est ille carcer Dico qꝛ scd̄m doctores sctōs ibi sūt quattuor elementa scꝫ ignis in suo supremo calore inclusus vt in clibano qui vndiqꝫ esset firmiter clausus.
Item est ibi aqua in suo summo frigore.
Similiter aer et terra in fetore maximo. Vn̄ et magnificentia regalis reqrit qꝛ nō solum habeat rex palacia propter bonos sed etiam carceres propter malos. Rex autez glorie qui magnificatur est super oēs reges terre cur non haberet carcerē sicut habet palacium Unde Au. in libro de triplici habitaculo. Tria sunt sub omnipotentis manu habitacula summū medium ⁊ ymum. Quoꝝ summū regnum dei vel regnū celorū dicitur. ymū vocat̄ infernus medium p̄ns mūdus vel orbis terraruꝫ appellatur quorum extrema omnino invicē sibi sunt cōtraria ⁊ nulla societate cōiuncta Que em̄ societas pōt esse lucis ad tenebras ⁊ christi ad belial. ij. Cor. vi. Medium aūt nonnullas

habet silitudines ad extrema. Unde lucē hȝ et tene-
bras frigus ad calorē/dolorē/et sanitatē/leticiā ⁊ me
rorē odiū ⁊ amorē: bonos et malos iustos et iniustos
regnū et subiectionē famē et sacietatē mortē/et vitaȝ
et hmōi innumera quorū oīm pars vna imaginē ha-
bet regni dei pars altera inferni. Commixtio enī ma
lorum simul et bonorum in hoc mundo est In regno
autem dei nulli mali: sed omnes boni et in iferno nul
li boni sed omnes mali vterqȝ locus ex medio supple
tur. hominum enim huius mundi alij eleuantur ad
celum: alij trahuntur ad infernum. Similes quippe
similibus coniunguntur. Bona autem regni celestis
dicere aut cogitare vel intelligere vt sunt nullus po-
test carne vestitus multo maiora sunt et meliora q̄ vt
cogitenť aut intelligāť a nobis. Unde. i. Cor. ii. scri
ptum est ꝙ oculus non vidit nec auris audiuit nec in
cor hominis ascendit q̄ preparauit deus diligētibus
se mala autē inferni dicere aut cogitare vt sunt nemo
pōt. peiora sunt quippe valde q̄ cogitētur. Hec Au.
Unde ysa. xxx. c. Preparata est ab heri tophet a re-
ge p̄parata ꝓfunda et dilatata nutrimenta eiꝰ ignis
et ligna multa flatus dn̄i sicut torrens sulphuris suc-
cendēs eā preparata est ab heri. i. ab initio sicut iudi
ces semꝑ habent patibulū in terra ad reos puniēdos
tophet. i. vallis gehēnalis a rege oīpotenti qui solꝰ
potest facere quicq̄d vult. profunda vt nullus possit
exire: dilatata vt oēs possit capere. iuxta hoc locꝰ iste
pluribus nominibus appellatur. Primo dicif infer
nus ab īfero dictus: q̄ȝ anime in peccato mortali mo
rientium ante diē iudicij et post anime cum corpori-
bus ibi inferuntur ad eternaliter patienduȝ Job. vij
Qui descendet ad infernū non ascendet nec reuerte
tur vltra ad domū suam. Dicitur secundo tartarus

.i. scdm papiã turbatus qr ibi erit magna tribulatio et magna afflictio sicut infra dicetur. Dicitur tertio auernus quasi sine vere. i. temperie quia pene nõ sũt ibi temperate sed nimiũ excessiue. Quarto dicit acheron ab a quod est sine et cheron gaudium quasi sine gaudio. Aliisqz noibus appellatur de quibus ptranseo. Sunt enim hec noia scilicet sti x. flegeton. lethes cocchitus que a quibusdam dicuntur fluuij infernales Patet igitur quis locus sit infernalis habitatio et qualis sed adhuc magis patebit in sequentibus.

SEcũdo videndũ ẽ de dãnatorũ pena corporali et eius multiplicitate Licet eñi sint valde plures pene. Decẽ tamẽ intẽdo ad pñs declarare. Quarum

Prima est ignis ardentissimi
Secunda est frigoris acutissimi
Tertia magnus clamor doloris absqz cessatione
Quarta inferni fumus absqz euacuatione
Quinta odor fetidus et multum horribilis
Sexta visio demonum valde terribilis
Septima fames crudeliter affligens
Octaua sitis similiter configens.
Nona verecundia et confusio
Decima in tactu maxima afflictio

¶ De prima pena

PRima igit pena est ignis ardentissimi. Mathei xxv. Ite maledicti in ignem eternum Ignis autem iste differt ab igne huius mũdi in quattuor Primo in acerbitate. Unde secundum beatum augustinum. Ignis iste sensibilis ita se habet ad ignem gehennalem sicut ignis depictus ad ignem verum Cõsidera igit quãta sit differentia in ardore inter ignẽ

pictum et ignem verum et consequenter considera si
potest pati ardorem ignis infernalis qui tantum ex-
cedit ardorem ignis huius. O quantam passionem
sustineres si per horam stares siue teneres digitum
tuum in igne et maiorem si totam manum et adhuc
maiorem si totum brachium & adhuc multo maiorẽ
si totum corpus. Quantus igitur erit ardor ignis
gehennalis Credo ꝙ nec aliquis viuens cogitare aut
dicere sufficiat. ysa. xxxiij. Quis ex vobis poterit ha
bitare cum igne deuorante. Item in ps. In ignẽ deij
cies eos. Item pones eos vt clibanum ignis & deuora
bit eos ignis sicut ferrũ ĩ fornace fit ignis p totũ ignẽ
igitur scriptura sacra acumen doloris innuit. Sed
quia magnitudinẽ pene eterne exprimere scriptura
non potest: nisi exemplificando de rebus temporali
bus et ignis penetralius et acrius est elementum ma
gisq acutum ceteris elementis. Ideo ipsa q̄tum po
test acerbitatem pene inferni innuit sepius vocando
illius pene acerrimum dolorem penam ignis minus
2 tamen dicens et plus significans Scd̃o differt ignis
inferni a nostro in duratione quia noster potest extin
gui ille aũt non Isaye vltimo. Ignis eorum nõ extin
guetur. Item Deutro. xxxij. ignis succẽsus est in fu
rore meo et ardebit vsq ad ĩferni nouissima. i. q̄diu
paradisus et infernus durabit scilicet in perpetuum
O ardor intermiabilis deuorabitq terram cum ger
mine suo id est terrenorum amatores et montium fun
damenta. id est superbos & honores ambientes com
buret id est totaliter vret. Iste ignis non continuat
lignis aut alia materia sed dei voluntate Ille locus
inferni tali igne repletus est qui nunq̄ extinguetur
3 sic ꝙ totũ mare ĩ eo poneretur non ex hoc extingue
retur. Tertio differt iste ignis perpetuꝰ a nostro igne

in lucē. nam iste ignis mundialis in se lucez includit sed ignis inferni q̄uis sit abundans in ardore tamē secundum ordinem diuine iustitie caret luce. Uidebunt tamen damnati seinuicem non vt inde consolētur sed vt magis torqueantur. Unde Grego. Quāuis illis scilicet damnatis ignis ad consolationem non luceat tamen ad aliquid vt scilicz magis torqueantur lucet. Eos quippe quos reprobi tunc inordinate diligunt secum tunc in tormentis videbunt vt penam proprie punitionis exaggeret carnalis cognitio auctori preposita pariante oculos vitione damnata. Unde et Isidorus. Ignis gehenne lucebit miseris ad miserie augmentum vt videant vnde doleant non ad consolationem vt videant vnde gaudeant videbunt etiam demones vt dicetur infra. Item dominus Bonauentura. libro quarto di. l. conclusione prima. ij. arti. ait Ignis est in triplici differentia Est enim ignis purus vt est in propria materia. Et ignis incorporatus vt est in materia aliena vt in terra vel aere ꝛ ignis non tantuz incorporatus sed etiam permixtus vt sit sulphureus ꝛ fumosus. Primus est lux ꝛ pure lucet et habundanter. Secundus est ignis carbo et flamma hic etiam lucet ꝛ tenebram expellit Tertius est ignis fumosus ꝛ talis ē tenebrosus ꝛ iste erit in inferno. psalmus Posuerunt me in lacu inferiori in tenebrosis et vmbra mortis. Quarto differt hic ignis ab illo in cōsumptiōe q2 hic potest oīa cōsumere ille aūt non cōsumet sed cōburet corpora in eo manētia. Uñ. Aug. xxi. de ci. sicut declarat Franci. de marōis dicit ꝙ sicut corpora animalibus dolorem faciunt per organa que tamen non ideo moriuntur ita potest ignis infernalis corporibus inferre dolorem non inferendo mortem. et hoc declarat quattuor ex

emplis. Primo de salamandra que in ignibus viuit Scdo de mõtibus sicilie qui ab igne cõburunt ꝛ non consumũtur. Tertio de carnibus pauõis que plusq̃ per annum conseruantur mortue a putredine vt ipse dicit se fuisse expertũ. Quarto de paleis que pira maturant ꝛ niuẽ conseruant. Hec ille. Tunc em̃ corpora erũt inconsũptibilia ideo semꝑ manebũt in illo igne sine consũptione. vnde tũc verificabit illud. Apoc. ix. In diebus illis querẽt hoies mortẽ et non inuenient eam: et desiderabũt mori ꝛ fugiet mors ab eis. Et de hac pena dicitur eodẽ li. c. xxi. Timidis autẽ et incredulis ꝛ execratis ꝛ homicidis et fornicatoribus ꝛ veneficis ꝛ ydolatris et oĩbus mendacibus pars illorũ erit in stagno ardẽti igne Expositio timidis. s. qui timore penarum fidẽ accipere fingunt vel acceptã relinquũt. Luce. viij. Ad tẽpus credunt ꝛ in tẽpore tẽptationis recedunt. Et incredulis qui. s. bona futura minime credũt. Jere. v. Populo huic factũ est cor incredulum. Et Jsa. xlv. Expandi manus meas a populum incredulum. Et execratis qui manifeste more ecclesiastico excommunicantur Richardus vel scd̃m symonẽ. Incredulis id ẽ paganis vel iudeis et execratis id ẽ falsis christianis qui sunt execrandi a deo id ẽ abhominabiles Unde ps. Virũ sanguinum ꝛ dolosum abhominabitur dñs. Et homicidis qui. s. vel voluntatis prauitate vel sermonis ꝑsuasione vel operis perpetratione aliquem occidũt. i. fornicatorib⁹. i. seruientibus immundicie carnis. i. Cor. vi. Neq̧ fornicarij regnũ dei possidebunt. Et venefici. i. qui malicies venenũ verbo vel exẽplo effundunt crudeliter ait Richardus venenum aspidum sub labijs eorum. ait propheta. Et ydolatris quales sunt qui relicto vero diuinitatis cultu per ydolatriam demonibus se subdunt

Est ignis ardentissimi

.i.Corin.x. Nec idolatre efficiamini et oibus menda
cibus quales sunt qui relicto veritatis tramite proxi
mos fraudulēter fallunt. Ecclesiastici.vij. Noli velle
mentiri.omne mēdaciū pars illorū erit in quā in sta-
gno ardente.i.in profundo inferni dānatione in qua
est ignis qui est mors secūda:id est corporis et anime
¶ Prima mors fuit in anima per peccatum:ait Ay
mo.de quo stagno dicitur.c.xviij.et.xix.eiusdē.Apo
ca. Pars.s.punitionis:quia multe sunt.alie damna-
torum pene. Cogitemus charissimi quantus tremor
et timor erit hiis quibus dicetur per sententiam diffi
nitiuam et irreuocabilē a summo iudice. Ite maledi
cti in ignem eternū. Mathei.xxv. Quem tremorem
haberemus si per iudicem temporalem condēnare-
mur ad carcerem toto tempore vite nostre et maiorez
tremorem haberemus si condēnaremur ad mortem.
Quid igitur si condēnaremur ad carcerem inferni
et mortem perpetuam cum acerbitate et ardore ignis
ardentissimi? Sed diceret quis. Que causa erit hui9
sententie tam mirabilis? Respōdet thema in secun-
da parte sui cum dicitur Omnes gentes que obliuis
cuntur deum quasi diceret propheta. Hec est causa
damnationis vestre:scilicet quia obliti estis deum.
Patet. Nam iudex commemorabit opera misericor
die a reprobis non sibi facta.sed reprobi quasi se ex-
cusantes respondebunt et interrogabunt quādo hec
sibi non fecerunt. Uerum vt ait Rabanus. Et si ex-
cusare satagunt:tamen deum fallere nō possunt Un
respondebit illis dicens. Quādiu non fecistis vni de
minoribus hiis nec michi fecistis. Ubi augustinus.
Christus est caput ecclesie:corpus eius ecclesia. In
nostro corpore caput sursum est.pedes in terra ī ali-
qua constipatione hominum quando aliquis tibi pe

dem calcat: nonne dicit caput calcas me. Quomodo ergo lingua quam nemo tangit: dicit calcas me. Sic xpus caput quē nemo tangit dicit. Esuriui et nō dedistis michi mādúcare. rc̄. Ubi et Criso. Uide qualiter leuia iniūgit. Nō dicit In carcere eram et nō eripuistis me. infirmus et nō curastis me: sed non visitastis et nō venistis ad me. In esuriendo etiam nō preciosam petit mensam sed necessariū Unde Criso. Ex hoc loco sciendū ē qꝫ nō tantū pro eo qꝫ peccauerūt homines condēnati sunt: sed etiā pro eo qꝫ non bene faciunt. Si autē pro eo qꝫ non bene faciūt sic cōdēnamur putas quales penas exsoluent pro eo qꝫ peccant. Et notandū: qꝫ potius fit disceptatio de operibus misericordie q̄ operibus iustitie. cum tamen magis teneamur ad opera iustitie: sꝫ quia opera misericordie faciliora sunt: quia natura ad hoc inclinat supple magis. et ideo magis arguēda vbi deficiūt et minus remunerāda vbi assunt: et ergo si ista remunerantur et alia. Item potius arguit de omissione q̄ de cōmissione cū tamē maioris criminis sit cōmissio: et ideo magis arguēdo et puniēdo quod minus est satis innuit amplius punire de maioribus. Itē magis arguit de peccatis in proximū q̄ in deū: quia si peccata in proximū condēnantur: multo magis peccata in deuꝫ: vt blasphemia et idolatria rc̄. de quibus dictū est in auctoritate. Apoc̄. Item cū sit mīa corporalis et spiritualis potius arguit defectum corporalium q̄ spiritualiū: quia opera corporalia sunt euidētia: vel per hec etiam signantur illa. Ecce igit̄ causam quare dicetur reprobis qui a sinistris eius erunt. i. qui sinistra. i. tēporalia q̄ diu vixerunt ardenter amauerūt discedite a me. O infelix discretio: o dura separatio: o miserabilis conditio. discedite a me fonte vite indeficientis

lumine glorie beatificantis torrente voluptatis inundantis: plenitudine vbertatis inebriantis. discedite a me maledicti. ¶ Primo maledictione culpe. ps. Maledicti qui declinãt a mãdatis tuis. ¶ Secundo maledictione pene. Ideo subiungit In ignem eternum. Hoc est igitur quod dicit thema propositum. Conuertãtur in infernuʒ omnes gentes. ꝛc. Et sic de prima pena corporis propter quam euitandã fugere debemus ꝙcitius peccatũ et auaricie ardorem facere penitentiam et viuere scd̃m iustitiam.

¶ De secunda pena

Secunda pena est frigoris acutissim. Mat. viii. Ibi erit fletus et stridor dentium: scilicet ex frigore vehemẽtissimo. Glosa. Stridor dentium de frigore solet excitari: quia ibi transibunt ab aquis niuium ad calorem nimiuʒ. Ioh. xiiii. Non inquit Albertus magnus in libro de sacramẽtis ꝙ fit transitus de loco ad locum: sed ꝙtum ad sensum sicut febricitans prius torquetur frigore postea calore in eodem loco: et in eodẽ tẽpore sic dampnati scd̃m corpus. quãdoqꝫ patiẽtur ardentissimũ ignis dolorem et transibũt ad acutissimũ frigorẽ et econtra. Sed quãto spacio stabunt in hac pena vel illa. et quãprimo patiãtur quãdo in corpore et anima concludentur in infernũ solus deus nouit vt estimo. Illud autẽ frigus differt a frigore huius mundi in quattuor: primo in acerbitate. Unde Grego. Quod ibi erit frigus intollerabile. vnde imaginor ꝙ sicut calor illius ignis excedit caloreʒ ignis huius mundi. Sic frigus inferni excedit istud quod sentimus. Sed quare non quia in euangelio: ꝙ dominus dicat in die iudicii. Discedite a me maledicti in frigus eternum: sicut dicitur ꝙ dicet in

ignem eternū. Dicit quia ignis est magis actiuus ꝙ
alia elementa: et quia congruentius possumus senti
re eius ardorem: quia ⁊ estate et hyeme vtimur igne.
ideo dñs penam infernalem magis dicitur expressis-
se sub nomine ignis ꝙ alterius elementi vt magis ti-
meamus et illas penas grauissimas incurrere cauea
mus cōprehendere intendens omnes penas inferni
sub nomine ignis. Sensisti ne aliquādo frigus in di-
gitis ⁊ dolorē illius maxime quādo appropinquasti
illos igni? Credo ꝙ sic. Considera illum dolorem ni-
chil esse ad dolorem frigoris infernalis: ꝙto magis
ille dolor erit maior non solum in digitis aut in mani
bus aut pedibus: sed in toto corpore et maxime cum
erit transitus immediatus de tanto ardore ad tantū
frigus. Unde et aque ille dicuntur niuium que pre ce
teris dicuntur frigidiores. Sed queritur quomodo
aqua frigidissima stabit cum igne ardentissimo hoc
2 statim dicetur in tertia differentia. Secūda differen-
tia aque frigide secundū naturaȝ suam ad illā quam
infernalem est in limpiditate. Nam hec aqua nostra
est clara. Illa autem erit obscura et plena fumo sicut
dictum est de igne: vnde ibi erūt tenebre exteriores.
Tenebre enim interiores dicūtur peccata: exteriores
3 erunt tenebre infernales. Tertia differentia est in du
ratione in se et in sua frigiditate qua aqua nostra po
test calefieri et per calorem consumi: sed aque infer-
ni nunꝙ calefient nec diminuētur. vnde in inferno ca
lor ignis non destruet nec mitigabit frigus aque nec
econtra. Huiusmodi exemplū habemus in penis fa-
ctis egiptiis. Sapi. xvi. vbi dicitur quod eīn mirabi
le erat in aqua que oīa extinguit plus ignis valebat
vindex est eīm orbis. Interli. i. elementa iustoꝝ. Glo.

Nec mirum si grando et ignis mixta feruntur: quia ad creatoris voluntatē omnia consentiunt. Et sequitur eodē capitulo. Nix autē et glacies sustinebāt vim ignis et non tabescebāt. Sic dicendum videtur: ꝙ in inferno simul erunt ignis calidissimus et aqua frigidissima diuina voluntate sic instituente ad punitionem damnatorum. Et sapi. quinto. Pugnabit pro illo orbis terrarū contra insensatos. Quarta differentia est: quia aqua nostra suffocat et interficit homines sicut videmus ꝙ multi submerguntur in aquis: sed aqua inferni non interficiet nec submerget dānatos: immo sicut viuunt pisces in aquis sic perpetuo homines viuent in aquis inferni cum illis acutissimis doloribus. Aqua igit͛ illa nec ratione sui nec ratione frigoris interficiet hominē: imo cum illo frigore intensissimo damnati perpetuo viuent. O frigus horrendissimū: o aqua obscurissima et fetidissima ꝗ̄tus stridor dentiū erit ex te in damnatis: imo in toto corpore horribilissimus tremor. vbi erunt stuphe alemanie? vbi camini francie: vbi castra/palatia: et loca amena huius mundi: iam non erūt in perpetuum nec ab illo frigido carcere vnꝗ̄ vllus exibit. Considera charissime ꝗ̄tum dolorē et ꝗ̄tum frigus sufferres si sine morte stares posses in glacie huius mundi per noctē vnā nudus: et si per septimanā adhuc plus: et si per annum adhuc multo plus. Si igitur in perpetuū in frigore acutissimo inferni stent damnati ꝗ̄ta erit hec pena: cogitet qui potest. O si penas istas attēderemus non est pena in hoc mundo quam non libentius sustineremus: vt ad locum illum infernalem non descenderemus. Consideremus igitur has penas vt possumus: quia scriptum est. i. Regum. ij. Dominus de-

4

ducit ad inferos et reducit per cõsiderationem illarum penarum: et reducit ad gaudia paradisi. Cum enim peccãdo vsq; ad portam inferni venit consideratione huiusmodi penarũ que cuilibet peccato mortali debẽtur. licet non in equali gradu penitẽs redit ad statum gratie: et sic reducitur ab inferno. Unde Job x. Dimitte me dñe vt plangam paululum dolorẽ meum. &c. Unde Job de pluribus generalibus penaruz que sunt in inferno facit mentionẽ in hac auctoritate de paucis. Considerãs igitur huiusmodi penas ait. Dimitte me dñe. i. locum penitẽtie et tẽpus concede. Da michi dñe tempus vt possim me acquitare tecum per penitẽtie planctum anteq̃ ad iudicium veniam: quãdo non erit tempus penitentie per quam possint ista tormẽta euadi. Sed quo precio quo opere acquitat se homo cum deo. Certe non ridẽdo nõ corpori cõplacendo sed plorando. Isa. xxxviij. dicit Ezechias. Recogitabo tibi omẽs annos. &c. Et hoc est quod dicit Job. Ut plangam paululum dolorem meum. Et hoc est quod dicit Ezechias. Cui infirmanti dati sunt xv. anni ad vitam. Non quero spacium vite ad ridendum ad suauiter viuendum sicut multi cum infirmãtur spacium vite desiderant non vt peniteant non vt fugiant penas huiusmodi horrendas: sed vt deliciose adhuc viuant et peccata peccatis accumulent: & sic penas illas in maiori gradu post iudicium possideãt et vt de temporalibus filiis et filiabus prouideant et non sibi. Unde tempus petunt ad peccandu. n nõ ad penitendum. Job. xviij. Dedit ei dominus tempus penitẽtie: et ille abutitur eo in superbiam. Abutitur ergo qui in alios vsus expendit. Sed posset quis dicere. Oportet ne esse multum in labore et dolore ad

me acquitādum cum deo. Et dicit Job ꝙ non. Unde sequitur Ut plangam paululū: quia quicquid in hac vita sustineres nō solū parū: sed etiā paululum est respectu eius quod minimum est in inferno. Sequitur. Anteꝗ̄ vadam et nō reuertar. Quasi diceret. Si nō penituero oportet ꝙ ad locum tormētorum vadam: et illam infernalem penam sustineam ignis et frigoris Job. v. Qui timet pruinā irruet super eum nix Pruina modica est et cito trāsit et de terra nascitur: et significat penitentiā quam homo volūtarie sustinet in hac vita. Nix autē frigidior est et durabilior et desup descendit: et significat penam frigoris eternam que maxima est et ppetua et a deo inflicta: quasi diceret. Qui penam temporalem deuitat eternam incurret. Non enim diceretur iudex iustus si latrones et homicidas dimitteret impunitos. Qualiter ergo credis ꝙ iudex iustissimus cuiusmodi est deus te non puniat in futuro ex quo te non vis punire in hoc mundo: nec de peccatis dolere. Job. xix. Fugite a facie: scilicet sententie future: quoniam iniquitatum vltor est gladius. Job vicesimo capi. Fugiet arma ferrea et irruet in arcum eneum. Arma ferrea vocat penam temporalē secundū glosam: quia citius in rubigine cōsumūtur. Arcum eneum: quia durabilior est vocat eternum supplicium: quasi diceret. Qui penā fugit tēporalem que breuissima est incurret eternā que durabilior est. Ideo cōsequēter dicit. Anteꝗ̄ vadam: quasi diceret. Si non plangam ibo. Cognosce igitur te offendisse deum si precepta eius transgressus es et age penitentiam ne ad has grauissimas penas ignis et frigoris descendas in corpore et anima: ex quibus

qui ad illas vltima sentētia iudicabūtur nunq̄ reuer tentur. Ideo dicit Iob. Non reuertar. O quot homi nes ibunt ad illas penas a possessionibus et diuitiis terrenis a luxuriis et aliis peccatis et viciis. Uis exemplum audire. Legitur in miraculis sācti Bernardi de heremita qui fuerat decanus ecclesie lingoñ. q̄d cum fuisset. xxv. annis in nemore ardinensi post mortem suam: apparuit cuidam ep̄o lingoñ. in maxima gloria. et dixit ei q̄ in hora mortis eius. xxx. milia decesserunt e quibus ipse et beatus Berñ. statim ascenderunt in celum et tres iuerunt in purgatoriū: et oēs reliqui in infernum. Nec est obiiciendum de paruulis baptisatis si forte tunc aliqui obierunt: quia non sunt de numero adulterorum. Item post huiusmodi recitationem recitat Albertus magnus in libro de sacramentis. Nuper inquit quidam maximus clericus et in scientia famosissimus in lecto mortis visitatus ab episcopo parisiensi ⁊ monit⁹ vt in fine renunciaret pluribus beneficiis et vnam prebēdam retineret erubescens vel indignans facere contra opinionē quam tenuerat. Temptato inquit si potest aliquis saluari cum pluribus prebendis. Post mortem suam apparuit episcopo eodem mense oranti hora tertia in habitu quo solebat vti et interrogatus quomodo se haberet. Ego sum ait in eternum damnatus. Et que est inquit episcopus causa damnationis. Nimia inquit elatio damnat me. Et quid dicis ait episcopus de opinione plurium prebēdarum. Nichil inquit me ad iuuerunt. Et addidit. Dic michi si est aliquis adhuc viuens in seculo. Et ait episcopus. Quomodo tu tantus clericus ista queris vt tam cito mundum finitum esse credas cum hoīes defuncti bona saltem na

turalia non amittant. Certo ait ex quo mortuus fui tam infinita animarum multitudo corruit in infernum ꝙ non credebam tot esse viuentes per totū mundum Unde si iesus christus in tota vita sua nil aliud predicasset nisi exemplum de diuite et lazaro. Luce. xvi. Sufficere debuisset ad conuersionem omniū peccatorum. Unde mirum est ꝙ multi ita peruersi sunt ꝙ si cetera verba et facta domini ⁊ sanctorum aut nō credunt aut negligunt. Cur saltem istud euangeliū non attendunt. Hec Albertus. Cōsiderata igitur pena aque tam frigide exclamemus ad dominum cum proposito nos emendandi dicentes illud ps. Saluū me fac deus quoniam intrauerunt aque vsqꝫ ad animam meaꝫ Quasi diceremus Dn̄e considerauimus in anima nostra penam illius aque frigidissime quā preparasti damnatis nunc te fauente te auxiliāte volumus ad te conuerti vt saluos facias nos. Scientiaꝫ viarum tuarum volumus quia credimus ꝙ conuertentur in infernum oēs gentes ⁊c. quia scriptum est. Ipsi vero non cognouerunt vias meas quibus iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. Et hoc de secunda pena.

TErtia pena inferni declaranda est magnus clamor doloris absqꝫ cessatione. Credimus em̄ ꝙ sicut in gloria erit cantus leticie sine cessatione tam in angelis beatis ꝙ̄ in electis dei. Sic in inferno erit clamor tristicie tam in demonibus ꝙ̄ in reprobis hominibus. De angelis beatis dicitur in prefatione de trinitate. Quā laudāt angeli atqꝫ archangeli qui nō cessant clamare iugiter vna voce dicētes De qua laude amplius in tractatu de gaudijs padisi dicetur domino adiuuante De planctu inferni dcitur Apoc. i.

Plangent se supereum omnes tribus terre etiam amen. Et beatus bern̄. In meditatiōibus inquit. In inferno nil aliud audietur nisi fletus et planct⁹ et vlulatus merores atq₃ stridores dentium O planctus infinitus qui nunq̄ habebis finem. Vidisti ne aliquando personam desolatam et planctum clamorosum facientem qui te promoueret ad compassionem et fletum. Credo q̄ sic. sicut maxime faciunt homines ex amissione carorum planctum ita q̄ etiam multis diebus non possunt consolari Sicut planctum maximū credimus virginem dei matrem fecisse de morte filij sui benedicti. sed iste habuit finem die tertia qn̄ ipsum resurrexisse cognouit. Sed in inferno erit clamor ploratus et vlulatus multus. quia omnes sunt tam demones q̄ damnati pro peccatis suis mortalibus cum vlulatu quasi canes clamabūt perpetuo maxime propter glorie siue dei visionis priuationē. propter temporis perditionem. propter vehemētem penarum passionem.. propter venie desperationem O quantum tormentum in auribus damnatorum īmo in toto corpore. Hoc erit pro cantilenis ⁊ vocibus cātantium in coreis et ludis dissolutis. in quibus committuntur magna et multa peccata. Vlulabunt igitur primo demones. quia per superbiam suaȝ perdiderūt tantā gloriam. Vbi notandum scd̄m Bonauē. li. ij. di. v. ij. cōclusione. i. arti. q̄ dyabolus quodāmodo appetiit similitudinē imitationis dei. quodāmodo equalitati et hoc apparet si attendatur appetibile ⁊ modus appetendi Dyabolus enim appetit alijs preesse sua tamen auctoritate Quia appetijt preesse hoc fuit imitationis et hoc aliquando obtinuisset si stetisset q̄ autem propria auctoritate ita q̄ sine meri

tis et sine datore et ita ꝙ nulli subesset hoc est solius dei et hoc est equiperentie et ita dicit Gregorius. ꝙ appetiũt eẽ sui iuris ita ꝙ nulli subesset. Bernard. dicit ꝙ appetiijt equalitatem potentie Anselmus. dicit ꝙ appetiũt preesse sine meritis. et omnes verum dicunt et diuerse auctoritates circunloquuntur Hoc eẽ quod est preesse omnibus sua propria auctoritate. Et sic appetiijt diuinam equalitatem in aliquo. Isa. xiiij. Ascendam in celo et ero similis altissimo. Et cõsequenter conclusione sequenti ait. Notandum ꝙ superbia demonum et aliorum cõformis fuit capiti totius malicie principi scilicet tenebrarum. Ipse dyabolus attendens suorum naturalium strennuitatem et excellentiam et precellentiam voluit preesse et requiescere sua auctoritate hoc est sine meritis sine ministerio Demones vero subiecti non sunt ausi tantũ appetere. sed considerantes naturalium strennuitatem voluerũt sub vmbra illius qescere ita ꝙ nõ ministrarent sed quodammodo sub illa potirentur voluntaria libertate quam videbant se non posse habere sub dominio diuino. Cognouerũt enim angeli se esse factos ad participandum quietis beatitudinem et acquirendum per merita et ministeria. In hoc superbierunt ꝙ sine meritis voluerunt eam et sine ministerio quiescere et sine limite propriam voluntatem implere et hoc totum ẽ superbire. Et dixit consequẽter ꝙ tam conuersionem bonorum. ꝙ aduersionem demonum peccatum luciferi precessit. Nam ipse ꝑmus superbiuit et superbiam suam omnibus indicauit. et extunc quidam adhererũt sibi. Alij vero resisterunt et adheserũt deo. Quãuis ergo simul fuerit angelorum cõuersio et demonũ aduersio non tamẽ simul cũ

peccato luciferi. Itē di. vi. cōclusione prima ait. Mira in hoc dei iusticia ostendit qui tantū seruat iusticiā vt ordinē institutū nullomodo infringat tñ odit peccatū vt ꝓpter peccatum quos charissimos reputauit abijciat. Unde credo ꝙ tam spectandum monstrum diuine seueritatis in angelo nobilissimo et primo homine quorum vtrumqꝫ proprijs manibus plasmauit et decorauit deus nobis infirmis opposuit ⁊ ostendit vt discamus q̄tum odit deus peccatum et maxime superbiam ꝙ pro vno motu cordis nobilissima omnium creaturarum eternaliter et sine spe est damnata. Et pro esu pomi ipse adam et tota posteritas vsqꝫ ad finem mundi est mortalitati et multiplici penalitati subiecta. Et nisi dominus reliquisset nobis semē quasi sodoma fuissemus vt dicitur Isa. x. Ex hijs efficacissimū relinquitur argumentum quod horrenduꝫ est incidere in manu dei viuentis vt habetur Heb. x. Si enī deus non pepercit nobilissimo angelo superbienti q̄d erit de vilissimo cinere et abiectissimo in altum se extollenti cum iacere debeat in cinere et cilicio immo in ip̄o sterquilinio Hec ille. ij. Pe. ij. Si enim deus angelis peccantib⁹ non pepercit sed ruentibus inferni detractos in tartarum: tradidit in iudicium cruciandos reseruari et si originali mundo nō pepercit sed octauū noe iusticie preconē custodiuit diluuiū mundo impiorum inducens et ciuitates sodomoruꝫ ⁊ gomorreorum in cinerem redigens euersione dampnauit exemplum eorum qui impie acturi sunt ponēs Dicit consequēter Boñ. ꝙ de ordinibus angelorum aliqui lapsi sunt Locus tamē demonum post lapsuꝫ vsqꝫ ad diē iudicij nō est locus subterraneus quē vocamus infernuꝫ sed aer caliginosus in quo ḡnaliter de

monū multitudo inhabitat Utrū aūt aliq̄ sint detru
si in infernū nec inuenio a sanctis determinatum sed
nec negatū hoc autē bene credo q̄ aliqui descendant
ad torquendū animas sm̄ q̄ habent inter se deputa
ta maledictiōis officia Ratio autem quare in hoc ae
re sunt ē ꝑpter humanū exercitium. Sicut eīn dicit
Aug. Nunq̄ deus quos p̄sciebat futuros malos eos
fecisset nisi pariter nosceret quibus bonorum vsibus
accommodasset. Unde diuina dispositio hoc exigit
vt de p̄uaricatoribus angelis obsequiū quodammo-
do electorum trahat et eliciat Scit enim bene vti ma
lorum prauis voluntatibus et ideo non eos detrusit
in infernū sed locum dedit aptum ipsis demonibus
tum quantū ad statū peccati. tum q̄tū ad statū exer-
citū siue belli. Aer enim caliginosus ꝑpter caliginē
conuenit tenebrositati culpe sed propter nobilitatē
et subtilitatem conuenit velocitati angelice. Unde.
sicut aliquibus viris sanctis ostensum est frequenter
circa nos volitant sicut musce et ita dominus non sta
tim retribuit quod meruerunt sed simul cum omni-
bus eos expectat proiicere ꝛ differtur propter nostrū
exercitiū nec deus ex hoc misericorditer agit cum ho
minibus immo misericordia superexaltat iudicium
quia contra fomitem peccati dat scintillam conscien
tie contra demonem dat bonum āgelum et super hoc
dat suam gratiā et spiritum sanctum q̄ vincit omnē
potestatem hec ille Dubiū est autē vtrum nūc puniā-
tur pena ignis. Unde dicit ibidē. Boñ. q̄ opinio ali
quorum est quod differt pena ignis vsq̄ post iudiciū
tum vt eorum excecitium non obmittatur. tum etiā
vt diuina misericordia ostendatur que sustinet vasa
ire apta in interitum in multa patiētia vsq̄ in diē quo

retribuet oībus secūdum fructū adinuentionum suarum Et cum dicitur in glo. Ja. iii. super illo verbo inflammata a gehenna Gehenna est dyabolus ꝓpter quem facta est Sicut eniꝫ gehenna semper ardet sic dyabolus vbicunqꝫ sit vel in aere vel in terra semper fert secum tormēta flammarū. Respōdet Bona. q̄ nō intelligit de flamma ignis materialis: ſꝫ de flammis viciorū scꝫ ire et inuidie quibus etiam semper torquetur. Pctm̄ igit̄ dyaboli iniciatum in presumptione quia statim vt vidit suā pulchritudinē ꝑsumpsit cōsummatū in ambitiōe quia presumens de se appetiit quod omnino supra se fuit: confirmatum inuidie et odii auersione quia ex quo obtinere non potuit quod appetiit inuidere cepit et affectu odii contrarie. nam dyabolus superbus volens ascendere. sed cōpulsus descēdere odit deum iustum et inuidet excellētie eiꝰ hec Boñ. Hoc inqꝫ peccatū post diem iudicii punietur penis illis infernalibus in quibus magnis clamoribus ipsi demones clamabunt scientes se in celū creatos ⁊ tam magna gaudia ꝑdidisse ex tanta superbia Jsa. xiii. Clamabit moab ad moab Moab igitur vlulabit: quia demones maiores vlulabunt et ceteri respondebunt ⁊ hec pena erit maxima in ipsis et in dānatis hominibus Sicut in celo dulce est audire cantum et laudem angelorum sic triste est audire vlulatum et clamorem demonum. Quid clamabunt. certe maledicent deo qui eos creauit maledicet lucifer primus ille malus angelus aliis inferioribus quibꝰ voluit presidere. Maledicent inferiores lucifero cui in tam graui culpa consenserunt. maledicent hominibus cum quibus tam graues penas patientur. Jllis peccata sua improperando dicētes. O miseri qui

Est magnus clamor doloris

nostris suggestionibus et temptationibus consensi-
stis. ecce premium quod inde acquisiuistis hic stabi-
tis nobiscum nolitis velitis accipere quod ineternū
meruistis. Clamabunt insuper omnes peccato mor-
tali damnati similiter deo maledicendo et horam in
qua nati sunt: patri et matri qui eos genuerunt. Et
sicut triste est in presenti audire clamorem hominis
tribulati: sic multo tristius erit audire clamorem tot
damnatorum dicentium ve ve ve Ve ꝙ vnq̄ꝫ nati su-
mus. ve ꝙ secundum carnem viximus. ve ꝙ vnq̄ꝫ in
peccatis gauisi sumus. Et filius contra patrem ⁊ pa-
ter contra filium vlulabit et sic de aliis cum quibus
vel propter quos peccauerunt et multos alios terri-
biles clamores facient contra se mutuo ad magnam
penam suarum aurium. Secundo clamabunt ꝑpter
temporis perditionem Reddituri enim sumus ratio
nem de tempore quo viximus in hoc mundo. Unde
omne tempus nobis impensuꝫ exigetur a nobis qua
liter expensum fuerit Unde quilibet redditurus est
rationem de omnibus annis mensibus septimanis
diebus horis et minutis quibus vixit. Si fortassis
triginta annis vixisti et nunq̄ꝫ deo per tres annos fi-
deliter seruisti quid faciendum sit. Respondeo ꝙ de
bes de preterito tempore confiteri et dolere ꝙ tempꝰ
tuum sic male expendisti. Bern. Nil preciosius tem
pore sed heu eo nichil hodie vilius inuenitur. transe
unt dies salutis et nemo recogitat. Unde legitur exē
plum ꝙ quidam homo deuotus quādo audiuit hor-
ologium signare seu sonare semper cogitauit. Et di
xit ad deum. O deus meus iam iterum horam tem-
poris mei cōsumpsi de qua redditurus sum rationeꝫ

quomodo eam expendi Unde damnati in inferno de hoc signanter conquerũtur q tempus gratie tam inutiliter expenderũt. Uñ quidam deuotus existens in deuotionibus et orationib⁹ suis audiuit quãdam vocem lugubrem et quesiuit quid esset et rñdit Ego sum vna anima damnata. Et ille cur tam amare fles. Respondit illa. Ego et omnes anime damnate de nulla re tantũ dolemus sicut de tempore gratie quod inutiliter expendimus et peccando consũpsimus vbi vna hora potuissem⁹ de peccatis nostris penituisse ꝛ eternam penam quam nunc patimur euasisse. Tertio clamabunt sine cessatione propter maximum dolorem penarum quas patientur. Sicut aliqui vehemẽter infirmi aut dolorem vehementem sustinentes nõ possunt cessare a gemitu et clamore. Cõsidera si posses abstinere a gemitu et clamore habendo manũ vel pedem in igne huius mundi que tamen pena quasi nichil esset in cõparatione ad illam inferni. Hec erit grauissima pena pro peccatis que nichil ꝑficiet. De qua dicitur Sap. v. Dicent intra se penitentiã agentes ꝛ pre angustia spiritus gemẽtes hii sunt quos aliquãdo habuimus in derisũ et in similitudinem improperii Nos insensati vitã illorũ estimabamus insaniam Hec dicent dãnati de hiis quos nunc mundus reputat fatuos. Et sequitur. Errauimus a via veritatis. interli. Euãgelii diuine legis et iustitie lumẽ non luxit in nobis et sol intelligentie non est in nobis ortus. Sed quid facimus lassati sumus in via iniquitatis et perditionis et ambulauimus vias difficiles viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia aut diuiciarũ iactantia quid contulit nobis Transierunt omnia ista tanq̃ vmbra et tãq̃ nun

Magnus clamor doloris

eius precurrens tanq̃ nauis que pertransit fluctuantem aquam: cuius cum preterierit non est vestigiũ inuenire neq̧ semitã carine illius in fluctibus: aut auis que transuolat in aere cuius nullum inuenitur argumentum itineris illius: sed tantũ sonitus alarum verberans breuem ventũ et scindẽs per vim itineris aerem cõmotis alis trãsuolauit. et post hoc nullum inuenitur signum itineris illius auis tãq̃ sagitta emissa in locum destinatũ diuisus aer continuo in se reclusus est vt ignoretur trãsitus illius. Sic etiam nos nati continuo desinimus esse et virtutis quidem nullũ signum valemus ostẽdere: in malignitate autem nostra consumpti sumus. Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerũt. Interli. Quib᷒ similitudinibus terrenarum rerum defectus noster ostenditur Glo. Per vmbrã obliuionem mẽtis vel mortem carnis quibus humana vita obnoxia est accipimus per nũcium precurrentẽ passiones anime vel corporis que precedũt occasum vite corruptibilis: per auem excellẽtiã: per nauem vero leuitatem humane mentis que per amaras seculi vndas demonum fluctibus agitatur: per sagittam dolos et insidias iniquorum. Hec enim omnia in mundo versãtur: sed tandem infructuosam penitẽtiam possessoribus suis relinquunt. Unde gementes nulla voce consolationis releuabũtur. Et sequitur. c. vi. Audite ergo reges et intelligite discite iudices finium terre prebete aures vos qui continetis multitudines et placetis vobis in turbis nationum: quoniã data est a deo potestas vobis et virtus. Interli. Puniendi ab altissimo qui interrogabit opera vestra et cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius non recte iudicastis: neq̧ custodistis

legem iustitie neq secundū voluntatē dei ambulastis Horrende et cito apparebit vobis: quoniā iudicium durissimum in his qui presunt fiet. Exiguo enim conceditur misericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Interli. Qui scilicet mādata dei cōtēnendo grauia peccata cōmiserunt nec penituerunt. Sic etiam potentiores in impietate fortiora sustinebunt tormēta geheanne. Non eñ subtrahet personam cuiusq̄ dñs qui est dominator omnium: nec verebitur magnitudinem cuiusq̄: quoniā pusillum et magnum fecit ipse et equaliter cura est illi de omnibus fortioribus autem fortior instat cruciatio. Flebunt et vlulabunt: igitur damnati ex maximo dolore penarū quas patientur absq cessatione. O q̄tus clamor q̄tus dolor quis posset hec cogitare credo q nullus viuens. Faciamus igitur penitētiā de peccatis nostris q̄diu sumus in hoc mundo. Quarto clamabunt horribiliter propter venie desperationem. Sciunt enim damnati q perpetuo in illis penis stabunt iuxta sententiam summi iudicis dicētis. Discedite a me maledicti in ignem eternum. O q̄tum erit horrendum et q̄ta materia clamoris planctus et desolationis perpetuitas tormētorum. Quomō ergo illam perpetuo sustinebūt qui hic modicam penitētiam sustinere non possunt. Sed posset quis dicere. Quare nō habēt spem vt a carcere inferni liberētur: et maxime cum peccatū eorum fuerit trāsitorium et tam cito commissum. Hec perpetuitas derogare misericordie diuine videtur. et ex hoc potius diceretur crudelis iudex q̄ iustus aut misericors. Respōdetur primo per exemplum. Uidemus eñ q emptio momētanea dat ius perpetuū possidendi rem emptam. Item vulneratio momētanea

mortē inducit perpetuā. Item casus in foueam temporalis et subitaneus est detētio perpetua. Item crimen lese maiestatis est tēporale seu seruitus perpetua siue punitio. Sic dico ꝙ pro momētanea delectatione peccati et vulnere spirituali: et sic de aliis incurritur damnatio perpetua. ita ꝙ si vnam tantū guttā tolleret quis de mari in annis mille et aliam in aliis mille annis: sic guttatim potius esset mare exhaustū ꝙ͞ a penis damnati post diem iudicij liberarentur. Et si post tantum spacium sperarēt liberari hoc esset aliquale gaudium. Sed quia in inferno nulla est redēptio omni spe liberationis frustrabuntur. Rationes etiā huius perpetue dānationis assignātur. ¶ Prima: quia homo peccauit in suo eterno. i. peccauit ꝙ͞ diu vixit: nec voluntas eius peccandi finem habet. ideo iuste in eterno dei et eternaliter punitur. Unde Gregorius. Ad districti iudicis iusticiam pertinet: vt nunꝙ͞ careant supplicio: quorum mens in hac vita nunꝙ͞ voluit carere peccato: et nullus detur iniquo terminus vltionis qui ꝙ͞ diu valuit habere noluit terminū criminis. Iterū ait. Iniqui non cum fine peccauerunt qui cum fine vixerūt. Nam voluissent vtiꝗ si potuissent sine fine viuere: vt possent sine fine peccare. Ostendunt enim: quia in peccato viuere cupiunt semper qui nunquā desinunt peccare dum viuunt. Iustum igitur est vt nunꝙ͞ careant supplicio qui nūꝙ͞ voluerūt carere peccato. Hec Gregorius. Unde et Augu. Factum est autem homo malo dignus eterno qui hoc in se peremit bonum quod esse posset eternum. Et Bernardus. Iustus profecto si peccat patitur quod nolit qui non peccat nisi velit. ¶ Secunda ratio est: quia licet in inferno non habeant facul-

tatem peccandi habebunt: tamen affectum quia adhuc peccare vellent si possent. Vellent enim si possent in peccato perpetuo delectari: ideo perpetuo debent puniri. Tertia ratio quam ponit sanctus Tho. ij. lib. contra gentiles. c. xciij. est: quia anime post mortem redduntur immutabiles secundũ voluntatem: vt scz vlterius voluntas mutari non possit: neqꝫ de bono in malum: neqꝫ de malo in bonum. Quãdiu enim anima est in statu pugne potest de bono in malum mutari vel econtra: sed statim cum anima a corpore separatur non restat nisi receptio premij vel pene. Quarta ratio: quia peccatum est contra illum qui est infinitus vnde et pena est infinita non equidem acerbitate sed duratione. Judex ergo iustus est: qui pugnit perpetuo propter rationes datas. Sed est ne misericors in tali punitione. Dico ꝙ sic: vt magister dicit in sententiis: quia circa condignum ipsos punit. Nunꝙ enim tantum aliquẽ punit: quin plus meruisset. et ideo dicit Richardus et Bonauen. ꝙ deus purum misericordem actum aut mere iustum nõ posset facere: quia inseparabiliter in deo sunt annexa iustitia et misericordia. Predicta igitur quattuor erunt causa continui clamoris ipsorum damnatorum: et hoc quia clamorem tuum noluerunt audire ꝙdiu hic vixerunt o iuste iudex. Clamauit enim dominus iesus doctrinam suam et viam salutis edocendo. Luce. vi. Ipse iter faciebat per ciuitates et castella predicans et euangelisans regnuꝫ dei. Sequitur. Et hec dicens clamabat. Qui habet aures audiẽdi audiat. Clamauit etiã per suos predicatores quibus dixit. Euntes docete omẽs gentes baptisantes eos. In noĩe patris. ꝛc. docentes eos seruare omnia quecũꝗ mandaui vobis. et Pro-

bus timorē iudicis vehemētis. Hec Nico. de lyra. Et
q̄uis xp̄s in morte cuiuslꝫ singulare iudiciū ſm meri
ta et demerita iuste exerceat: tñ qꝛ tale iudiciū est no-
bis occultū ꝛ quo ad penā et quo ad gloriā iperfectū
et etiā solū respectu hoim et nō demonū. iō necesse est
vniuersale iudiciū oim simul viuoꝝ et mortuoꝝ in fi-
ne mūdi eē vēturū qd erit manifestū: qꝛ oibus oia erunt
nota. erit ꝑfectū. qꝛ tā boni q̄ mali in corꝑe ꝛ aia pre-
miabunt. et gñale qꝛ demōes et āgeli ſm merita ꝑfe-
ctā mercedē recipiēt Jn hoc āt iudicio fiēt illa q̄ttuor
que in mūdano iudicio fieri consueuerunt Uidemus
eñ i mūdano iudicio in quo publicus latro captꝰ est
cōdēnādus ad mortē cōcurrere q̄ttuor. Primū est tu
ba reū: ꝓcedēs oēs ꝯuocās ad sētētiā audiēdā. Amos
xij. Morietur moab .i. reus i clamore tube. Scd'm est
scp̄tura cōfessiōis ꝓp̄e corā ꝑp'o lecta i. ꝓp̄e dānatōis
argumētū. Hester. xij. Duos fuos cōfessos q̄ vellent
manū mittere i regē: iussit rex duci ad mortē. Tertiū
est sentētia ab ore iudicis in reū ꝓlata ad mortis sup
pliciū sustinēdū. Exo. xxij. Nō patieris maleficos viue
re sup terrā. Quartū ē obediētia mistroꝝ trahētiū re
uꝫ ad puniēdū. i. Mach vi. His dictis trahebāt eū ad
iudiciū. Jsta ei q̄ttuor inerūt extremo iudicio viuoꝝ

et mortuorum. vn̄ nouitates p̄cedētes erūt tanq̄ tube for midabiles: qr erūt signa in sole et luna ꝛc. sicut dictū est prius. vn̄ hee nouitates erūt circa corpora celestia Circa elementa Et circa hoīm vitā. Circa corpa cele stia: qr per aliquot dies ante iudiciū lumē retrahēt a nobis vt minime videant. Johe. iij. Stelle retraxerit lumē suū. Scdo circa elemēta. nam tūc erūt terremo tus magni p loca et sonitus maris ꝛ turbatio fluctuū qualis nunq̄ fuit. Nā scđm Hiero. eleuabit mare cubi tis. xl. sup oēs mōtes postea tam ꝓfunde descēdet: q̄ vix videri poterit. postea belue marine dabunt mugi tus terribiles. postea videbit totū ardere. ꝛ ex hiis in gētibus timor ꝛ pauor cū pressura in hoībus genera bit. Ideo dr Mat. xxiiij. Erit in terris pressura gen tiū. Tertio erit nouitas circa corporalē hoīm vitā. nā ex timore bellorum et aduersorum et ex pauore fluctuū ma ris et vndarū. et ex clamore et mugitu piscīū desicca būtur hoīes et macri ꝛ pallidi fient. Ideo dicit Mat. eodē ca. Arescētibus hoībus pre timore sonitus ma ris et fluctuū expectatione malorum que superueniēt vni uerso orbi. Nam scđm Hiero. post confusionē maris et fluctuū videbūt hoīes herbas ꝛ arbores sanguinē pluere: oīa edificia ruere: petras adinuicem colligere et generalē terremotū et maximū fieri. ex quo timore arescēt hoīes ꝛ de abditis exeūtes ibūt quasi amētes ex dictis et ex formidine malorū que de ꝓximo expe ctabūt. Nā virtutes celorum mouebunt. i. angeli in ce lo habitātes tremēt a facie iudicis. nō timore amissi onis glorie: sed timore reuerētie ꝛ timore cōpassiōis dānatorū. Job. xxvi. Colūne celi pauebūt et cōtremi scēt ad vultum iudicis. Et Esa. xxxiij. Angeli pacis amare flebūt. Sequit. Tūc videbūt filiū hoīs. ꝛc. Cō gregata multitudine gētiū cōprimētiū se inuicē ex ti-

more sentētie apparebit xp̄s cū signis plagaꝝ in manibus et pedibus et latere. et cū instrumētis sue passionis: scꝫ lancea: corona: cruce: clauis: ꝛ malleis deferētibus angelis. ex quibus pctōres de ingratitudīe tāti bn̄ficij acriter redarguet dicēs scd̄m Augustinū. Ego in mūdū ꝑpter vos descēdi de celo carnē vestrā assūpsi vobiscū annis. xxx. cōuersatus fui: et īpropería tolleraui. captus et flagellatus fui: et durā passionē et crudelē mortē ꝑpter vos sustinui. et hec oīa cognoscere noluistis: et si cognouistis cōtēpsistis: ꝛ toto posse offēdistis. Et tūc scd̄m Mat. xxiiij. Plangēt oēs tribus terre. Ubi Chriso. Uere plangēt oēs pctōres. nā plangēt iudei qui xp̄m crucifixerūt. plangent gētiles qui idola adorauerūt: plāgēt greci qui in fide errauerūt: plangēt falsi christiani qui carnē et mūdū plusq̄ deū amauerūt. Plangent oēs tribus terre: qꝛ nulla erit virtus ad resistēdū nulla facultas ad fugiendū: nullus locus ad penitendū: nullū tēpus ad satisfaciendū: ꝛ nulla mīsicordia iudicis ad subueniendum. quid igit̄ faciēt pctōres cū xp̄s apparebit sicut leo. Circa hoc querit̄. quare magis dicit̄ xp̄s iudicare: q̄ alia ꝑsona. Joh. v. Pater nō iudicat quēq̄: sed omne iudiciū dedit filio. R̄ndeo inquit Richar. dist. xlviij. Christus non tantum iudicabit in natura diuina secūdū quam est creator: sed etiā in humana secūdum quam est redēptor: quia ad hoc iudicabit vt electi admittātur ad regnū ad quod nō sufficerēt dona creationis sine beneficio redēptionis: sed non eodem modo iudicabit secundū vtrāq̄ naturā: quia secūdū diuinā essentiā iudicabit principali auctoritate siue potestate ordinaria. secūdū humanā vero ideo iudicabit potestate delegata: iudicare aūt ꝑ̄ncipali auctoritate est cōe tribus. et equalit̄ eis cōuenit: qꝛ ī eis est

vna et eadē numero iudicādi potestas nō est tñ incō-
ueniēs. ꝙ idē sub diuersa ratione plurib⁹ appropria
tur ꝑsonis. Vñ sapiētia sub rōne qua importat cogni
tionē appropriaẗ filio: ⁊ sub rōne qua est donū appro
priaẗ spirituiscto. Dico ergo ꝙ rōne ptātis queritur
ad iudicādū. iudicare pōt appropriari cui appropāẗ
potētia: sꝫ rōne discretōis que requiriẗ in iudicio pōt
appropāri filio cui appropriaẗ sapiētia. rōne āt recti
tudinis que requiriẗ in volūtate iudicātis pōt spiri-
tuiscto cui appropriēẗ bōitas. Hec ille. Scđo queriẗ
idē doc. vtrū in iudicio xp̄s videbiẗ ab oībus glorio-
sus. Rñdeo ꝙ sicut dicit Aug. li. de tri. ca. multi. Bo
ni et mali visuri sūt iudicē in claritate in qua iudica-
bit: nō in hūilitate in qua iudicatus est. Vñ sicut ī pri
mo aduētu qñ venit vt pro nobis iudicareẗ appuit in
natura hūana mortali: ita ī scđo aduētu qñ veniet: vt
iuste iudicet apparebit oībus in natura humana glo
riosa. nō tñ videbūt mali gloriā aīe ei⁹: nec oculo cor-
porali nec ītellectuali: nisi in q̄busdā effectib⁹ suis de
quib⁹ dolebūt. sꝫ boni gl'iaꝫ ei⁹ videbūt ꝗ̄tum ad glo
riā corpis oculo corpali: et videbūt gloriā aīe ei⁹ ocu
lo mētali. vñ virtute diuina fiet supnaturaliẗ vt mali
videāt gloriā corpis ad eoꝝ confusionē: qꝛ q̄libet hō
malus tristaẗ ⁊ cōfundiẗ in vidēdo gloriā illi⁹ quē ve
hemēter odit. dānati xͦo odiūt deū vehemēter nō sub
rōne qua sūme bonus est: qꝛ sic odiri nō pōt: sꝫ sub rō
ne qua punit eos. vñ ꝗ̄uis vidē corp⁹ gloriosū xp̄i sit
per se delectabile: tñ per accñs erit reprobis tristabile
qꝛ erūt eius īimici et īuidebūt ei. vñ ad hoc dicit Lu.
xxij. Videbūt filiū hoīs in nube vententē cū ptāte ma
gna et maiestate. Queriẗ tertio vtꝝ xp̄s iudicabit in
valle iosaphat. Rñdet Ric. di. ꝙ xp̄us nō descēdet in
vallē iosaphat: sed residebit in aere in alto loco vt ab

oībus possit videri sup mōtē oliueti. de quo in celum ascēdit. sicut dicit magr penul. c. di. xlviij. qrti. et forte parū circa illū locū in quo apl'i desierūt eū corpalit videre qn ascēdit i celū. Hoīes aūt ɔgregabūt in valle iosaphat cui pēminet mōs oliueti: et quot i illo valle poterāt capi tot erūt ibi. alij circa vallē qdā ppinquius qdā remotius. electi tñ exītibus ad dexterā iudicis nō in tra: s; in aere sic dcm̄ est. Et hoc dicit apl's i. Thessa. iiij. Rapiemur cū illis in nubib⁹ obuiā xp̄o in aera. de hoc loco iudicij dr Johe. iij Cōgregabunt oēs gētes et deducā eas in vallē iosaphat: et disceptabo cū eis ibi. Et huius loci assignat triplex rō. Pria qr locus iudicij dz esse cōis cuiusmodi est vallis iosaphat cū sit locus medius tre habitabilis. Scda qr dz eē publicus: s; locus pdictus est famosissimus ppter opa nostre redēptionis q̄ ibi et circa gesta sūt. Tertia: qr cōpetit ille locus rōne negocij: qr tractandū est ibi opus mīe et iustitie. Mons aūt oliueti q est apō vallē istā designat miam. iosaphat aūt qd interpretat iudiciū designat iustitiā. Querit idē doctor. vtr in iudicio erit vocalis disceptatio. Et dicit q magis videt cōcordare cū textu sacre scripture fm aliqs q ibi erit disceptatio et mētalis et vocalis: qr xp̄s q iudicabit de⁹ est et hō. et iō iudicabit mō diuino et hūano. nā ex hoc erit maius gaudiū sēsibile bonorū: et maior dolor sēsibilis reprobor. Sicut ei erit mētalis et vocalis citatio: qr mētalit ad iudiciū vocabūt. et per misteriū angelor vocalit sicut dictū est: ita erit reprobor mētalis et vocalis accusatio. Accusabūt ei eos ɔsciētie eor fm apl'm. Ro. ij. et eor iiqtas omib⁹ māifesta: ita xp̄s vocalit accusabit eos. Math. xxv. Esuriui et nō dedistis mihi mādu care. Accusabūt ēt angeli q fuerūt custodes eor. Hoīes ēt electi vocetenus ɔtra eos testifi

eabūt. Sētētiã ēt diffinitiua: nō tm̄ mētalit: sz etiā vocalit vocare proferet: vt videt sonare sacra scriptura Mat. xv. Hec ille. Per quot āt dies durabit iudiciū incertū est: vt ait Au. xx. de ci. pbabile tn̄ est ꝙ nō tendet per horā multū plixā. qđ videt sentire Au. xx. de ci. dicēs. ꝙ iudex cōuincet ꝯsciētias reproboꝝ sine vlla sermōis plixitate. vnde illa vocalis disceptatio nō erit cū quolibet in singulari noīatim: nec de quolibet ope singulari: sz sicut saluator narrat in euāgelio fore sic credēduz est. hec Ric. Quęrit idē doc. vtrū oēs iudicabūt. Et dicit rn̄dēdo: ꝙ i illo iudicio erit de meritꝫ ꝛ de demeritꝫ: disceptatio erit ēt pro meritis vł demeritis retributio. Quātū ad retributionē oēs iudicabunt: qꝛ augebit suppliciū maloꝝ tā hoīm ꝙ āgeloꝝ. Augebit etiā gaudiū bonoꝝ tam hoīm ꝙ angeloꝝ. Boni eīn angeli ꝙuis iā habeant suā retributionē essentialē. tn̄ pro ministerio qđ nobis exhibēt recipiēt aliqđ accn̄tale gaudiū. Et mali āgeli pro malis que nobis procurāt graue recipient suppliciū post resūptionē etiā corpoꝝ reproboꝝ hoīm etiā augebitur suppliciū: et electoꝝ augebit pmiū: vt dictū est. Quātū aūt ad distributionē nō oēs iudicabūt: qꝛ fm Gre. xxvi. mora. Aliȷ̄ iudicant et pereūt. Aliȷ̄ nō iudicant et pereūt. Aliȷ̄ iudicant ꝛ regnāt. Aliȷ̄ nō iudicant et regnāt. Judicant ꝛ pereūt qbus dn̄ica iclinatione dicit. Esuriui ꝛ nō dedistis mihi manducare: sitiui ꝛc. Aliȷ̄ in extremo iudicio nō iudicātur ꝛ pereūt. de quibus pphets ait. Nō resurgēt impȷ̄ in iudicio. Et de quibꝰ dn̄s dicit Johā. iȷ̄. Qui āt nō credit iā iudicatus ē. Et de quibꝰ paulꝰ ait Ro. iȷ̄. Qui sine lege peccauert sine lege peribūt. Professionē xp̄o fidei retinētes: sed pfessionis opa non habētes redarguūtur vt pereāt. qui vero nec sacramēta fidei tenuerūt icrepa-

tionẽ iudicis in extrema examinatione nõ audiũt: qꝛ
preiudicari infidelitatis sue tenebꝛis eius quẽ despe-
rarẽt inuẽtione redargui nõ merenť. Ex electoꝛũ vero
parte alij iudicãtur ꝛ regnãt qui vite lachꝛymis ma-
culas tergũt qui mala precedẽtia factis sequentibus
redimẽtes quicq̃d illicitũ aliq̃n fecerũt ab oculis iu-
dicis elemosinaꝝ supductione cooperiũt quibus iu-
dex veniẽs in dextera cõsistẽtibus dicit. Esuriui enĩ ꝛ
dedistis mihi mãducare: sitiui ꝛc̃. Alij aũt nõ iudicã
tur ꝛ regnãt. qui etiã pfecta legis pfectione virtutuꝫ
trãscẽdũt. qui neq̃q̃ hoc solũ qᵒ cũctis diuina lex pre
cipit ĩplere cõtenti sũt: sed prestãtioꝛi desiderio plus
exhibere appetũt q̃ p̃ceptis gñalibus audire potue-
rũt. q̃bus dñica voce dicit Mat. xix. Vos qui reliqui
stis oĩa et secuti estis me cũ sederit filius hoĩs in sede
maiestatis sue sedebitis ꝛ vos iudicãtes sup duode-
cim tribus. ꝛc̃. Hec oĩa Greg. Hoꝛũ quattuoꝛ differẽ
tias ponit etiã Jsidoꝛus lib. de summo bono. c. xxvij
Querit idẽ doctoꝛ. vtrũ disceptatio erit de solis ope-
ribus mĩe. Respõdet di. q̃ vt prius dictũ est. Jn iudi
cio erit disceptatio mentalis et vocalis. prima erit de
oĩbus operibꝰ: nõ tamẽ in generali: sed etiã in singu-
lari. qꝛ sicut dicit Augu. xx. de ci. vtute diuina fiet vt
quecũq; opera bona vel mala cũcta in memoꝛiã reuo
cenť ꝛ mẽtis intuitu mira celeritate cernãtur: vt accu
set vel excuset suã cõsciẽtiã. atq; ita simul omẽs ꝛ sin
guli iudicenť. Utrũ aũt de aliis operibus q̃ de operi
bus mĩe. vocalis aliqua disceptatio sit futura certuꝫ
nõ est nobis: sed tamẽ certũ satis est q̃ aut fiet de solis
operibꝰ mĩe aut precipue de illis que vt appareat oĩ-
bus manifeste q̃ qui peccata per mĩe opera non inde
merũt indigni sunt mĩa. iuxta illud p̃s. Dispereat de
terra memoꝛia eoꝛum; pro eo q̃ nõ est recoꝛdatus fa-

cere miam. Et Jaco. ij. Judiciũ sine mia: scȝ saluante
fiet illi: qui nõ fecerit miam. Hec Ric. Et qȝ dr̃ Mat.
xxv. Media nocte clamor factus est: ec. sp. ve. exi. ob.
ei. Querit ideȝ doctor. vtrũ resurrectio erit de nocte.
Ad qđ ait Rñdeo ꝙ motus celi cessabũt circa solis or
tum luna exñte in occidẽte: qȝ in tali dispositione sol
et luna credunt creati fuisse. Et quia in illo instãti in
quo cessabũt motus celi: erit cõis resurrectio mortuo
rũ: exceptis paucis q̃ in aduẽtu iudicis inuenient viui
tõ cõcedẽdũ est ꝙ cõis resurrectio mortuoꝝ nõ erit de
nocte: qȝ exñtibus in oriẽte citius est dies ꝙ exñtibus
in occidẽte. q̃dã tñ resurgẽt de nocte ꝑ cõpassionẽ ad
locũ in quo resurgẽt. ꝑ cõparationẽ tñ ad locũ vbi te-
nebit iudiciũ: erit sol in ortu ãteꝙ aliq̃s resurgat. Et
hoc pȝ: qȝ xp̃i resurrectio fuit exẽplar nr̃e resurrectio
nis: sȝ xp̃s resurrexit nõ de nocte: sȝ ĩ pricipio diei: er-
go resurrectio mortuoꝝ nõ erit de nocte. ⁊ ita resurre
ctio erit ĩ vltio instãti tp̃is ꝓprij dicti: vt status corru
ptibilitatꝭ vł motꝰ celi simul eẽ desinãt: ⁊ statꝰ incor
ruptibilitatꝭ: et quies celi simul ĩcipiãt. Et si dicat ꝙ
iudex adueniet media nocte ⁊ q̃si fur. Hoc dr̃ ꝫm glo.
qȝ nullo sciẽte vł sperãte veniet. Hec ille. Huius ma-
nifesti et tribilis iudicij figurã exp̃ssã hẽmus Daniel
vij. Aspiciebã inq̃t daniel donec throni positi sunt et
antiquus dieꝝ sedit vestimẽtũ eiꝰ quasi nix cãdidũ et
capilli capitꝭ eiꝰ quasi lana mũda: thronus eiꝰ flãme
ignis: ecce rote eius ignis accẽsus fluuius igneus: ra
pidusq; egrediebat a facie eiꝰ milia miliũ mĩstrabãt
ei: et decies millies cẽtena millia assistebãt ei iudiciũ
sedit ⁊ libri apti sũt. Vñ sciẽdũ ait frat Frã. de abba-
te ꝙ hic describit extremũ iudiciũ q̃tũ ad tria. s. q̃tũ
ad iudicꝭ ꝯditionẽ ad comitũ associationẽ ⁊ snie ꝓla
tionẽ. Cõditio iudicis tal' ẽ: ꝙ ipe xp̃s iesus ẽ dñs to-

tius hũani gñis cũ ipm creauerit ⁊ suo p̃cioso sanguĩe emerit. Et q̃uis in natura hũana sit iuuenis ãnoꝝ qꝛ xxx. tñ antiqu⁹ dierũ appellaꝶ quo ad naturã diuinã in qua añ mũdi creationẽ genit⁹ ẽ a pr̃e. Sꝫ xp̃s veniẽs vt iudex erit indut⁹ quo ad naturã hũanã veste alba vt nix. Hec vestis s̃cat gl'iaꝫ corpis qꝛ in forma corpis gl'iosa oib⁹ appebit vt dictũ ẽ p̃us ⁊ capilli ei⁹ ad litterã erũt quasi lana munda. vel p capillos p̃nt intelligi plage passionis que erũt in corpe eius lucentes vt stelle mũde. Thronus aũt eius siue cathedra erit magna eius dignitas et ptã s cõtra suos inimicos accẽsa furore ira et indignatõe. Uel põt intelligi ille ignis qui tunc cõburet et cruciabit pctõres ĩ perpetuum. iõ dr rota q̃ apta est ad reuolutionẽ ppetuã. Secũdo describiꝶ q̃tũ ad associationẽ. qꝛ sicut tota hoĩꝫ gñati oibi cõgregabiꝶ ita tota ãgeloꝝ natura ibi assistet ad iudicẽ reuerẽdũ ad toti hũano generi mĩstrandũ. qꝛ isti electos ad gloriã associabũt et reprobos hñtes corpa põderosa ad iudiciũ trãsportabũt. Et tunc libri erũt apti. Per libros ĩtelligiꝶ cõscia singulorũ. In iudicio enĩ ait Ric. q̃libet p diuinã ꝟtutẽ poterit legere i cuiuslibet cõscia oĩa bona et mala q̃ vnq̃ fecerit vt omnes videant q̃ ĩ cuiuslibet dãnatiõe et saluatione de⁹ iuste põderabit bõa eoꝝ et mala q̃ vnq̃ fecerũt. O q̃ta ꝯfusio erit dãnatis et maxĩe xp̃ianis: q̃ si voluissent potuissent saluari. Ibi aperiũꝶ duo libri s. mortis et vite In libro mortis erũt scripta mala oĩꝫ reproborũ et a pte sinistra existẽtiũ: q̃ publice corã oĩbus legenꝶ. de quo Eze. ij. dr Uidi angelũ hñtẽ librũ scriptũ intus et foris et expãdit illũ ĩ quo erãt scripte lamẽtatões carmẽ et ve. dr scriptus int⁹ et foris ꝓpꝶ pctã priuata et publica: q̃ tũc manifestabũtur corã toto mũdo et ad magnã cõfusionẽ ⁊ detrimẽtũ dãnatoꝝ

q2 in eo erūt lamētatiões ploratus et timoris carmē doloris z afflictiõis z veī fernalis supplicij z eťne dā natiõis. Scōs liber appellať liber vite q2 ī eo scripta erūt merita vite eťne et opa viua ab his qui ī dextera erūt facta q ad laudē electoꝝ legēť. z ad cõsolationē eoꝝ publicabunť. et iõ appellať liber vite de quo dr. Danieł. xij. Saluabiť ppl'us tuus oīs q inuētus fuerit scriptus ī libro Cõsequēter his peractis iudex in oēs diffinitiuā pferet sentētiā. De qua sentētia diciť Fluuius igneus rapidusq3 egrediebať de ore iudicis in throno sedētis. Fluuius iste est magna sentētia et inuestigabilis intelligētia que ex ore iudicis pcedet per quā feret sententiā iustissimā z irreuocabilē ī bonos z malos que sentētia erit ignea z rapida. s3 ignea id ē amore z caritate plena quo ad bonos: z rapida id ē horrenda z furore plena quo ad malos cum diciť eis illud Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū qui paratus ē dyabolo z angelis eius. Hic ostēdiť sentētia iusta quia sunt maledicti ppter culpe feditatē et acerba ppter ignis acerbitatē cū diciť. Ite in ignem eternū. ppter pene perpetuitatē. q2 diciť Ite maledicti in ignē eternū. Erit horrenda ppter demonu3 societatē quia cõcludiť qui paratus ē supple vobis cu3 dyabolo et angelis eius. Ecce dies ergo illa q dr dies ire calamitatis z miserie dies magna z amara valde sed quo ad illos q erūt in dextera parte sententia erit ignea. i. amore et charitate plena. Ideo dicit eis thema in pncipio assumptum Venite bñdicti. Euāgeliu3 aūt pponit disceptationē id ē sententiā diffinitiuā p electis sentētie diffinitiue reprobis S3 hic attēdam9 fratres de numero electoꝝ z reproboꝝ qđ possumus coniecturare cum christus dicat. Math. xxij. Multi sunt vocati pauci vero electi. Et origenes sup hoc di

eit vnū terribile verbū. Timēdū est inqt ne christiani in illo nūero introeant in regnū celorū quo numero introierūt filii israel in terrā ꝓmissiōis scȝ duo. Quid em̄ terribilis nobis pōt dici q̄ ꝙ multi sūt vocati pauci vero electi. Fr̄es cū dn̄s dixisset discipulis suis vn⁹ vestrum me tradet oēs dixerūt. Nunqd ego sum dn̄e. Ita ergo si vn⁹ ex toto hūano genere peritur⁹ crederetur. ⁊ tantū vnus qs nō vehementer expauesceret. Multo magis cū is q̄ oīa nouit dixerit. Multi sūt vocati pauci vero electi timere debēt ⁊ timere vniuersi. Uñ Chriso. Qui de gloria cogitat et nō magis timet de casu ille nec infirmitatem sue carnis cognoscit nec ꝟsutias cōsiderat dyaboli nec ītelligit quod ait apostolus Ephe. vi. Nō est nobis colluctatio cū carne ⁊ sāguine supple tantū. Sed aduersus principatus ⁊ potestates aduersus rectores tenebraꝝ. In hoc ergo certamine spirituali viuentes nō debemus cogitare qualem gloriā cōsequamur scȝ p̄mo sed quomō ruinā peccati euadamus. Hec ille. Si em̄ inquit idē doctor certamē bene processerit postea potest iudex ẜm meritū certaminis p̄miū mēsurare et estimare. Hec ille. Hec dixi vt primo cogitemus hic bene viuere si post mortē velimus gloriose viuere his ergo qui bene vixerit ⁊ in gratia mortui fuerint dicet iudex. Ueite bn̄dicti ⁊c. O quis poterit cogitare quale ⁊ quātū gaudium erit electoꝝ tali sentētia audita Uere erit sentētia oī gaudio plena propter operū sanctitatē qꝛ benedicti propter eternoꝝ felicitatē quia possidere regnū ⁊ ꝓpter angelorū societatē qꝛ cū beatis ab origine mūdi Terminata igitur sentētia iudicis nīl aliud restat nisi executio sentētie vt recipiat vnusq̄sqꝫ penā vel premiū ꝓ suoꝝ qualitate factorū Immediate ergo absqꝫ quacunqꝫ dilatiōe iudex bonos cum iubilo ducet ad

celũ empyreũ et reprobos cũ demõibus oĩb⁹ p̃cipitabit in gehennã. Vñ ↄcludit Mat. xxv. Et ibũt hi. sez dãnati i suppliciũ eternũ. iusti aũt in vitã eternã. his t'miatis erit inouatio mũdi. Sicut eñi ille maximus ignis elemẽta purgabit cũ h̃eat vim expulsiuã forme extrinsece: sic mũdũ inouabit dispõne subtiliãdo ipa elemẽta. Vñ ricar. ait: q̃ p purgationẽ mũdi remouebit ab elemẽtis aliqua res positiua derogãs sue puritati. sic q̃ p purgationẽ sepabunt a quolibet elemẽto ptes alio⁊ et dispõnes ad alia elemẽta q̃ causantur p mutationẽ actionẽ et passionẽ in ↄfinis suis. Hẽbũt ẽt lucẽ quã mõ nõ h̃nt. Prio eni lux in corpib⁹ celestibus agebit Esa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis ⁊ lux solis erit septẽplicit' sicut lux septẽ die⁊. et ex ↄñti elemẽta abũdanti⁹ illuiabunt q̃ mõ: q⁊ recipiẽt a corpibus celestib⁹ ampliorẽ luis influẽtiã. Vtrũ aũt post illã claritatẽ quã a corpib⁹ celestibus recipiẽt lux eis iprimat' alia incertũ est. tñ nullũ est incõ ueniẽs si cõcedatur q̃ sic. et tunc sicut aĩe electo⁊ per lumẽ glie aliquomõ cõformãtur manẽte dr̃a et ꝓprietatib⁹ naturalibus. sic corpa inferiora p suã illustrationẽ aliqualit' corpibus celestibus cõformabũtur salua dr̃a i eẽntia et ꝓprietatibus naturalibus. terra tñ nõ illuiabit' nisi in sui sup̃ficie Si eni i ꝓfundo illuiaret' impij lumẽ illud viderẽt: qu⁊ visiõe sunt indigni. hec ille. Boñ. vero sic dicit. Erit hoc ad gloriã electo⁊. Sicut eniʒ glĩa est regi habere plures cameras in palacio et pulcrã coquinã q̃uis nõ ingrediat': sic et electis erit glĩa et honor q̃ nõ solũ aula paradisi ⁊ celũ empyreũ sit sepulcrũ. sed etiã q̃ celũ syderuʒ et antiquũ habitacl'm hec ille. aĩalia v̓o bruta et ẽt plãte nõ manebũt. Vnd Boñ. dic̃ q̃ aĩalia et plãte nõ sũt ad ornatũ t're nec ad hoĩs obseqũ nec ad dĩ laudẽ nec ad vniũsi pfec. nisi sʒ

eū statū q̄ ē corruptibilis z variabilis: et iō nō illa oꝫ inouari. Vñ terra hēbit aliū ornatū. Et Ri. ait. Quā uis bruta aīalia z plāte seruiāt hoīb⁹ sicut elementa: nō tñ tantā habēt aptitudinē ad statū incorruptibili tatis sicut elemēta que sūt icorruptibilia ꝭm se tota.

Tertio z vltio vidēdū est de glīa corpis. Ubi sciē dū ꝭm Ric. di. xlix. ꝙ in btīs est pmiū essentiale qđ est aīe btitudo cōsistēs i clara dei visione et pfecta fruitiōe ac pfecta securitate de p̄dicte visiōis et fruiti onis ppetuatiōe. pmiū vo accñtale dr qđ hꝫ bonū cre atū pro obiecto: qđ accñtale dr: nō qr sit accñs: qr tūc btitudo aīe etiā dicerer pmiū accñtale. sꝫ qr tale pre miū nō est de rōne btitudinis ipius aīe: eo ꝙ ipa sine illo vere esset btā dicēte Au. li. v. ꝯfessionū: z loquēte ad deū de bōis creatis. Btūs est q̄ te scit. etiā si illa ne sciat: qui vo te z illa nouit nō ꝓpr illa beatior: sꝫ ꝓpr te solū btūs ē. Duplex vo est btitudo. s. aīe et corpis. Dicir aūt de eēntia btitudinis aīe omne id sine q̄ nō eēt vere btā. Et qr sine corpe vo btā est btitudo corpo ris ptinet ad pmiū aīe accñtale. Sꝫ id sine quo corp⁹ nō posset eē beatū. videt eēntialis eius btitudo vl ad ipsā ptinere. et ita pōt dici ꝙ btitudo corporis aliquo mō est eēntialis: qr est eēntialis corpori inꝙtū sine il la corpus nō posset eē btm̄: tñ nō est eēntialis pricipa liter z simplicir: eo ꝙ sine illa pars oīs pricipalior est btā per pfectā sui cū deo ꝯiūctionē. Itē est sciēdū. ꝙ ē qđdā pmiū qđ dicir aurea: quoddā qđ dicir aureola: quoddā qđ nec est aurea nec aureola. Aurea est pre miū substātiale btōꝝ qđ per similitudinē aurea dicir. Tū: qr datur victorib⁹ z victori debet corona. Tū: qr per ipm creatura rōnalis ē deo pfecte subiecta: cui eē subiectū regnare est. Tū: qr ad silitudinē corone q̄ cō tinet linea circulari ita pfecta est vt ei non possit fieri

additio nisi accntalis ita illo pmiu est ita pfectu q qc qd superaddit accidetale est Cu quia sicut corona q circularis e ad eude punctu quo icipit terminat. ita per ipsum premiu essentiale creatura ronalis primo principio coiungit a quo in esse per creatione exiuit. Aureola vero est gaudiu de operibus a se factis rone habetibus victorie exceletis per quod apparebit exteri9 in corpe quida decor q predictu interius gaudiu exteri9 declarabit Ergo aureola e gaudiu de bonis creatis no qbuscuq s3 puilegiatis puilegio victorie excelletis z sic aureola e premiu accidetale. Et dicit respectu auree vocabulo significate diminutione ad significadu q est minus premiu q aurea de quo in figura dicit Exo.xxv.de tabula q ponebat sup archa. Facies illi labiu aureu p circuitu z illi labio corona zc. z sup illa altera corona aureola. Nec tn oe premiu accidetale aureola est qz no oia bona opera que fecerut beati et de quib9 gaudet hnt rone victorie excelletis z tame gaudiu de illis cu3 sit de bono creato est premiu accidentale. Hec ille Hoc aut pmiu debet virginibus rone excelletis victorie qua habuerut cotra carne doctorib9 roe excelletis victorie qua habuerunt cotra carne z dyabolu martyribus etia debetur ratione excelletis victorie qua habuerut cotra mundum. Nuc aut cosequenter videndu est de gloria corporis Qn.x. reperio q sequunt corpus gloriosu3 siue que habebit in patria. Primu erit euidetissima claritas. Scdm erit costans ipassibilitas. Tertiu erit vigorosa subtilitas. Quartum erit velocior agilitas. Quintu erit celestis hitatio. Sextu erit vocalis collaudatio. Septimu erit delectabilis visio. Octauu erit grata nimis auditio Nonu erit redoles odoratio Decimum erit suauis degustatio.

Erit euidētissima claritas

PRima igit̃ gloria erit: ꝛ est ī corꝑibus iā glorio
sis: vt est corpus xp̄i et virginis gloriose: ꝛ forte
pluriū alioꝝ euidētissima claritas. Math. xiij. Justi
fulgebūt sicut sol ī regno pr̄is eoꝝ. ꝛ Sap. iij. Fulge-
būt iusti ꝛ tanq̄ scītille in arūdineto discurrēt. De hac
claritate ait Alexāder i. iij. ꝙ nō est gn̄atiua caloris:
ꝫ est cōfortās ꝛ delectās visū: ꝛ ꝓpt̃ hoc cōparat̃ cla-
ritati lapidis iaspidis q̄ cōfortat aspectū et talis fuit
claritas quā habuit xp̄s in transfiguratiōe. Hec ille.
Hec aūt claritas erit. Pmo glorie aīe ꝓportionata.
Scd̄o ptibus corporis cōparata. Tertio differens in
multis corporibus. Quarto corrn̄dens bonis operi-
bus. Pmo igit̃ claritas illa erit gloria. ꝛc. Unde ait
Ric. di. xlix. iiij. Claritas corpoꝝ erit differēs ꝫ diffe
rētiā gl̃ie aīaꝝ ꝛ hoc ē rōabile qꝛ ex claritate btitudi
nis aīe claritas redūdat in corpus Un̄ ꝭm ꝓportiōeꝫ
qua btitudo aīe xp̄i excedit btitudinē cuiuslibꝫ alte-
rius aīe sic lux sui corpis excedit lucē futurā in quo
cunqꝫ corpe alio gl̃ificato. Qn̄ vo d͛r ꝙ fulgebūt iusti
sicut sol sciēdū ē ꝙ lux elemētaris ꝛ lux corpis gl̃ifi-
cati eiusdē spēi n̄ sūt: ꝫ lux elemētaris ē q̄si q̄dā imita-
tio illius sicut naturalis spūalis aīe nō ē eiusdē spe-
ciei cū spirituali luce glorie. ꝫ ē quedā imitatio illius
lux tn̄ corporis erit eiusdē speciei cū luce q̄ post resur
rectionē erit in aliis corporibꝰ gl̃ificatis Juxta illud
ad Ephe. iiij. Saluatorē expectamꝰ dn̄m iesū xp̄m q̄
reformabit corpꝰ hūilitatis nostre cōfiguratū corpo
ri claritatis sue. Ubi ait Nico. de ly. ꝙ nunc d͛r corpꝰ
humilitatis naꝫ mō est nobis occasio humilitatis eo
ꝙ est corruptibile ꝛ putrefactibile ꝛ corrodet̃ a v͛mi-
bus ꝛ in cineres resoluet̃. O quantum nūc debemus
humiliari sub manu potētis dei qui nobis resurgēti-
bus dabit talem ac tantaꝫ claritatem atqꝫ lucem. Si

eni vt ait sapies. Eccl. ij. Dulce lume ꝛ delectabile e oclis vide sole quato magis delectabile erit vide illa luce gl'iosa. Hec claritas i trāsfiguratōe fuit tā delectabilis petro vt diceret. Dñe bonū ē nos h ee Sup q ait Remigi⁹ q petr⁹ visa maiestate dñi adeo delectatus ē vt cūcta tpalia obliuioni traderet ꝛ iperpetuū manere vellet. Quid igr erit de illa luce ppetua. Secūdo dixi q hec claritas erit partib⁹ corpis cōpata nō ei oēs partes corpis equalit lucebūt. vñ Ric. vbi pus dicit q plenitudo hūani corpis reqrit vt qdā ei⁹ partes sint clariores q alie. Jō nō erūt oēs partes corporis equalit clare Erūt tñ clare sm illā pportionē q magis reqret corpis pulchritudo. hec ille. Sicut eni in corpe glorioso ocli sūt pulchriores ꝛ clariores alijs ptibus corpis. ita erit ibi. Jta etiā in corpore mistico aliq sūt clariores ꝛ sapiētiores alijs vt sūt illi qb⁹ dictū ē Mat. v. Vos estis lux mūdi. vñ. Aug. sup Gen. ad lraꝫ dicit q lux ē substātia corporea sūme simplex in gñe corporū sūme multiplex in efficatia. Vñ. Luc. in corpib⁹ nichil ē vtili⁹ nichil pulchri⁹ nichil cōtus nichil veloci⁹ nichil ipassibilius nichil vtuosi⁹ inuenit immo lux est facies oim rerū q oia oibus bonis p latis ꝛ doctorib⁹ cōueniūt iō non immerito dicit eis. Vos estis lux mūdi qꝛ sapiētiā docēt ꝛ iusticiā prudētiā atqꝫ virtutē qbus nichil vtili⁹ in vita ē hoib⁹. Vñ doc. dꝫ vbis sctis et monitiōib⁹ alioꝝ corda illuiare ꝛ tenebras mētis auferre vt dicē valeat his quos docet cū apl'o. Ephe. v. Eratis eni aliqñ tenebre nūc āt lux i dño. vñ de platis q sūt lux mūdi Dicit Jsid. li. iij. de sūmo bo. c. cxlvi. Sacerdotes dñi exqrere pcā pploꝝ ꝛ sagaci sollicitudie vnūquēqꝫ pbare. Juxta testioniuu dñi ad Jere. d. Probatorē dedi te in ppl'o meo ꝛ scies ꝛ pbabis vias eoꝝ. Et seqtur eodē ca. Sacerdo

tes studio corrigēdi facta perscrutari debēt subiecto-
rū: vt emēdatos lucrifacere possint. Et sequit̃ bonoꝝ
studia sacerdotū. multa diligentia etiā parua plebiū
facta perquirunt: vt dū in minimis subditoꝝ pctīs se
acerrimos prestāt in maioribus malis cautos atq̧ so
licitos faciāt. Hec ille. Atq̧ sic erūt lux mūdi: vt sic
ex tali luce doctrine ad lucē glīe perueniāt. Juxta il-
lud. Dan. xij. Qui docti fuerint fulgebūt quasi splen
dor firmamēti: ꝛ qui ad iustitiā erudiūt multos qua-
si stelle ī perpetuas eťnitates. Sicut igit̃ in corpe mi
stico. quedā ptes plus lucēt. s. prelati ꝛ doctores plus
ꝙ simplices sic in corpe glorioso: q̄dā ptes plus alijs
lucebūt. Tertio dixi ꝙ p̄dicta claritas erit differēs in
multis corpibꝰ. de qua differētia ait apl'us. i. Cor. xv
Alia claritas solis: alia claritas lune: et alia claritas
stellarū. Stella em̄ a stella differt in claritate: sic et re
surrectio mortuorū. Sup quo textu ait Nico. de lyra.
Per hoc ꝙ d̉r alia claritas solis. itelligitur claritas
xp̄i. Alia claritas lune itelligit̃ claritas ꝟginis ma-
rie. Alia stellaꝝ. i. alioꝝ sctōꝝ. Et subdit̃. Stella em̄
a stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorū
Hec ille. Erit ergo alia ꝛ alia claritas in corpibus glo
riosis. i. maior ꝛ minor: qr claritas corpis xp̄i erit ma
ior ꝛ intēsior oībus alijs: ꝛ p̄ñr claritas virginis post
claritatē xp̄i: oēs alias claritates excedet. Jta em̄ in-
ter oēs sctōs erit differētia claritatū sicut est differētia
claritatū inter stellā ꝛ stellā. Et Rich. dicit ꝙ q̄libet
corpus glorificatū fortius lucebit ꝛ intensius ꝙ lucet
sol. O ꝙ pulchrū ꝛ iocūdū erit videre tot lumina: tot
claritates delectabiles visui. Nullus viuens narrare
posset. Erūtq̧ in corpibus martyꝝ cicatrices. sicut di
cit btūs Au. xxij. de ciui. dei. Dicit em̄ ꝙ cicatrix illa
nō erit ī eis deformitas. s3 dignitas sicut recitat Ric.

Sicut eñ xps in sua resurrectiõe retinuit plagas passionis quas oẽs videbũt in die iudicij: vt dcm̃ est pri⁹ Ita credẽdum est: ꝙ martyres ad decorẽ habebũt signa in corpe sui martyrij. Sic credendũ est ꝙ beatus Frã. habebit plagas sibi ĩpressas a xp̃o sicut legim⁹ de ip̃o: et post mortẽ vise sũt ab oibus qui p̃sentes fuerũt dũ corpus ei⁹ tradere̾ sepulture et videre voluerũt. Et credẽdũ est etiã ꝙ tales ptes magis lucebunt Quot cicatrices sũt remanebũt in corpibus martyꝝ deus nouit. sic igit̃ pꝫ quõ in corporibus erit alia et alia claritas. Quarto dixi: ꝙ hec claritas erit correspõdẽs bonis operib⁹. Querit tñ Ric. vtrũ beati habebũt aliq̃d accidẽtale premiũ pro bõis operib⁹ que fecerũt in pctõ mortali. Et rñdẽdo dicit: ꝙ sicut pena duplex est. quedã scꝫ inflicta a iudice: quedaꝫ acta ab ip̃o peccãte: qr homo peccãdo sibimet ĩfert penã. ita dico ꝙ duplex est gaudiũ accñtale in beatis. Quoddã receptũ specialiter a deo misericorditer retribuente. Quoddã actũ ab ip̃o beato recogitãdo bona opera sua ꝛ sibi cõplacẽdo in eis. Primũ gaudiũ magis ꝓprie habet rationeꝫ p̄mij ꝙ scd̃m q̃uis scd̃m aliquo modo habeat: eo ꝙ oĩa que habent beati pricipaliter a deo sũt. Cũ ergo beatis placeat se fecisse opera bõa que in pctõ mortali fecerũt. maxie inq̃tũ videbunt ꝙ illa opera eos ad penitẽtiã disposuerũt seu inclinauerũt. pro illis habebũt aliq̃d accñtale premiũ extendẽdo nomẽ premij ad gaudium quodlibꝫ beatoꝝ: nõ tñ sic gaudebũt de illis bonis operib⁹ sicut de illis q̃ fecerunt in charitate. de q̃bus gaudẽt rõne operis operati ꝛ radicis et forme: ꝛ de aliis gaudẽt rõne operis operati tm̃. Hec ille. Ex quo pꝫ ꝙ quãtũcũqꝫ quis sit in pctõ mortali: nõ tñ desistere a bonis operibus debꝫ vt ab orõne: a ieiunio: ab elemosina: et a cet̃is bonis:

qz si saluet᷑ pro illis etiā gaudebit specialiter: tamen
debet conari ⁊ se exercere in bonis operib⁹ dum est in
charitate ſm cōiecturā quandā. vnde hoies antiqui
tus tēpore quadragesime: ⁊ tēpore pascali solebāt se
exercere in bonis operibus. sed vere nūc pauci curāt
de bonis operib⁹ fiēdis tali vel tali tēpore: et per ꝯñs
pauci curāt de salute sua qđ est multū dolendū. vnde
quasi omni tp̄e hoies sunt pigri ad bonū et sūt solli ci
ti ad lasciuias: ad choreas: ad ludos: ⁊ ad cetera ma-
la. vñ de hoībus huius tēporis verificat᷑ illud. Sap.
xv. Estimauerūt lusum esse vitā nostrā ⁊ ꝯuersationē
vite esse cōpositā ad lucrū ⁊ oportere vndecūqz etiaz
ex malo acquirere. Aduertamus diligēter rogo ver-
ba sapiētis. Prouer. i. dicētis. Sapiētia foris predi
cat in plateis dat vocē suā dicēs. Vsqzquo paruulo di
ligitis infantiā: ⁊ stulti ea que sūt noxia cupiēt: et im
prudētes odibūt sciētiā. Cōuertimini ad correctionē
meā. Et sequit᷑. Vocaui ⁊ renuistis. extēdi manū me-
am: et nō fuit qui aspiceret. despexistis oē cōsiliū meū
et icrepationes meas neglexistis. ego quoqz in interi
tu vestro ridebo et subsānabo cū vobis qđ timebatis
aduenerit qñ venerit sup vos tribulatio ⁊ āgustia: tūc
inuocabūt me ⁊ nō exaudiā mane cōsurgēt ⁊ nō inue
niēt me. eo ꝙ exosā habuerūt disciplinā. ⁊ timorē dñi
nō susceperūt nec acquieuerit cōsilio meo: et detraxe-
rint vniuerse correptioni mee. Comedēt ergo fruct⁹
vie sue: suisqz ꝯsiliis saturabūt᷑. hec ibi. Quid ig᷑ ex-
pectam⁹ bñ agere si vitā illā gl'iosā ⁊ claritatē tā illā
mirabilē tā delectabilē desideramus habere. Scđm
ei ꝙ pa bōa merita ⁊ i caritate fecerim⁹ scđm hoc ma
iorē claritatē in patria hēbimus Hecē lux. de qua ait
Job. xvij. Post tenebras spero lucē. Ad quā lucē vo
cabimur i die iudicij dū nobis dicet᷑ Veite bñdicti. ⁊c̄

Secunda gloria corporis

SEcūda gl'ia corpis erit cōstās ipassibilitas. Vñ aplūs. i. Cor. xv. dicit de corpe. Seminat in corruptiōe. surget in icorruptiōe. seruat in ignobilitate surget in gl'ia: seminat in ifirmitate: surget in v'tute: seminatur corpus aīale: surget corpus spūale. vbi ait Nico. d ly. Hic oñdit aplūs differētiā corpis resurgētis: et mortui q̄tū ad q̄ttuor dotes corpis gloriosi. Seminat in corruptiōe. i. sepelit in tra corpus corruptibile: vl' seminat. i. per naturā generat. surget in icorruptiōe. i. corpus surgēs hēbit icorruptionē per dotē ipassibilitatis. Seminat in ignobilitate. i. corp⁹ obscurū et vile surget i nobilitate corpus hñs dotē claritatis. Et hoc dicit ad duo p̄ma. Et sequit ibidē. Opz em̄ corruptibile hoc iduere in corruptionē. et mortale hoc iduere imortalitatē. Hec aūt impassibilitas vt volūt quidā p̄cipalit causat a dina volūtate inq̄tū tollit ordinē subiectiōis corpo℞ ipo℞ btō℞ respectu quorūcūq₃ agētiū actione corruptiua seu afflictiua tñ imediate hmōi ipassibilitas aliquo mō causat ab ipa aīa btā que hmōi corpus iformat cui deus dedit talē virturē q̄ corpus per ipsā viuificatū pōt p̄seruare ab oī actione lesiua. Et illud videt inuere btūs Aug. in li. ad Dyoscor: vbi ait. Tā potētis nature fecit deus aīam vt ex ei⁹ felicitate redūdet in corp⁹ sanitas p̄petua et vigor icorruptibilitatis. Ric. vero dicit di. xlix. iiij. q̄ in ipassibilitate est cōsiderare: et illd qd ponit: et illud qd excludit. Quāuis em̄ significet negatiuo mō: tñ res per eā significata nō est priuatio s₃ habit⁹. Est em̄ qualitas in corpe ex redūdātia beatitudinis aīe causata corpus p̄hibēs ab oī passione sue p̄fectioni cōtraria. Hec ille. Vñ hec ipassibilitas erit. Prio: in oībus corpib⁹ equalis in priuatiōe. Scdo erit inequalis i positione Tertio erit equalis in code₃ corpe

Quarto in subtracto equalis opere. Primo igif hec impassibilitas erit equalis in priuatiōe. Ūn Ric. ait: ꝙ q̄tum ad exclusionē passibilitatis: impassibilitas erit equalis in oībus corporibus beatoꝝ. Hec ille. Et ratio est: quia a nullo intrinseco vel extrinseco posset corpori glorioso inferri lesio: qḋ declarans Bona. in iiij. dicit: ꝙ licet elemēta maneāt in corpore glorioso ſm substātiā et qualitates ꝛ opationes. attēdendū tñ est ꝙ quadruplex est operatio. Una q̄tū ad cōstitutiōnē et hec est mixtionis. alia q̄ tū ad cōseruationē: et hec est ministerialis caloris vitalis per corpus. Tertia est pugne ordinās ad dissolutionē. Quarta est exterioris ipressionis per quā alicuiꝰ elemēti operatio intēdif ꝛ pugna oritur. Prime due opationes manebūt vt patebit magis in quarto mēbro. due scḋe non manebūt: qꝛ ordināt ad dissolutionez. hec ille. Et ita in oībus corpibus erit equalis priuatio infirmitatis: aut cuiuscūqꝫ lesionis. Corpus etiā gloriosū pati nō poterit ab intrīseco. Ūn ait idē doc. ꝙ corpus gloriosum nō pōt pati per violētia corpis obuiātis: qꝛ oē corpus est peruiū ei. Ūn sicut si aliqs haberet cutellū: cristallinū nō diuideret radiū p eius ictū: imo radius penetraret talē cultellū ꝛ nō pateref ab ipo: sic in ꝓposito intelligēdū est corpus gloriosuz penetrare cultellū O q̄ pulchra sūt hec et intellectui iocūda. Sed certe magis erūt iocūda ꝛ delectabilia dū experimēto hec cognoscemus. Sic igif ptꝫ quomō ipassibilitas erit equalis in priuatiōe lesionis vel passiōis in oībus. Scḋo ipassibilitas erit inequalis positiōe. Dicit em̄ Ric. ꝙ q̄tū ad id qḋ nō erit equalis in corporibus oīm beatorū. Sed differēs ſm differētiā meritorū et scḋm differentiā beatitudinis animaꝝ. Hec ille Unde hic doctor videf sentire ꝙ sicut dos clarita

tis nō erit equalis in corporibus omniū beatoꝝ sicut di
ctum est prius. ita nec dos īpassibilitatis. Talis igit͛
qualitas erit differēs in xp̄o: et aliis sicut ꝓprie dictū
est de claritate. Et videtur rationabile: vt scʒ corpus
gloriosū quod prius fuit mortale ꝛ passibile: et cui il-
late sūt multe passiones frigoris/ et caliditatis/ et fa-
mis/ et sitis: et multarū aliaꝝ tribulationū premiet͛ a
deo aliqua qualitate que sit ꝓhibens ab omi passiōe
sue ꝑfectioni cōtraria. ꝓpter hanc autē gloriā corpis
obtinendā multū debemus patiētes esse: quoniā opꝫ
nos per multas tribulationes intrare in regnum dei
Act. xiiij. Non em̄ estimemus posse illā gloriā habe-
re et nichil pati: sed vtiqꝫ nos scire debemus regnū ce
lorū esse rem litigiosā: et nō nisi litigio vel certamine
obtineri posse. dicēte ap̄lo. ij. ad Thi. ij. Non corona
bit͛: nisi qui legitime certauerit. Quidā em̄ pacē ha-
bēt cū diabolo in omibus et obediētes: pctā ꝓsequē-
tes: pctā de die in diē multiplicātes: mūdo ꝛ carni sue
seruiētes. talibus nō est regnū celorū promissum: sed
his qui in dei seruitio fideliter laborāt. quibus dicet͛
in die iudicij illud Math. xi. Uenite ad me oēs qui la
boratis et onerati estis: et ego reficiaꝫ vos. Multi em̄
sunt fatui qui male agūt siue viuūt ꝛ expectāt gloriā
nam qui plantāt spinas ꝛ tribulos fatui sunt: si expe
ctāt in eis ficus et racemos. De quibus dicit͛ Esa. lix.
Expectamus iudiciū et nō est supple pro nobis: ſʒ cō
tra nos salutē et elongata est a nobis. Et subdit cau-
sam. Multiplicate sūt em̄ iniquitates nostre corā te:
et pctā nostra respōderūt nobis Sed tales dicūt. Mi
sericordia dn̄i magna est. quotiens em̄ dolebo de pec
catis miserebit͛ mei: et sic saluabor iux̄ illd̄ Eze. xviij
Cū auerterit se impius ab īpietate sua quā operatus
est: et fecerit iudiciū ꝛ iustitiā: ip̄e animā suā viuifica

bit. Tales non attendũt ad illud quod dicit. Eccl. v. Non adiicias peccatũ sup peccatũ: et ne dicas miseratio dñi magna est multitudinis peccatorum meorum miserebit. misericordia enim et ira cito ab illo approximãt: et in pctõres respicit ira illius. Nõ tardes cõuerti ad dominũ et ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius: et in tpe vindicte disperdet te. Dicit tñ Rich. dist. xiiij. q homo etiã in articulo mortis quãdiu vsum retinet liberi arbitrij potest penitere digne. Tunc enim est pnia digna cum penitẽs efficaciter dolet de preteritis: et pponit cauere a mortalibus futuris et confiteri vere et satisfacere pro posse. et si ad hec oia principaliter moueat ex amore bonitatis diuine. Hos autẽ oẽs motus mẽtis potest habere ille qui in hora mortis incipit penitere quãuis sit difficile. et quãdo hoc accidit est speciale beneficium diuine misericordie. Hec ille. De hac penitẽtia tarda loquit magister di. xx. iiij. c. i. satis ample ostendẽs pericula vbi dicit. q multos solet serotina penitẽtia decipere. qr qui penitentiã vsque in finẽ vite protrahũt: tũc nõ ex dei amore vidẽtur penitere: sed timore mortis quasi ex necessitate. Hec ille. Et alia plura dicit de quibus pertrãseo. Tales sũt nimis passibiles qui nihil volũt agere pro salute aiarũ suarum dũ sani sũt. Opz enim nos penitẽtiã agere de peccatis si dotẽ ipassibilitatis volumus acqrere. dicente xpo Mat. iiij. Penitẽtiã agite: appropinquabit enim regnũ celorum. Et hec de. ij. Tertio vero dictũ est. q impassibilitas erit equalis in eodẽ corpe. Dicente. Ric. xlix. di. Impassibilitas erit equalis in oibus ptibus eiusdẽ corporis: qr si esset inequalis in ptibus eiusdẽ corporis ex hoc nõ redderet pfectior: sz impfectior ipassibilitas totius. hec ille. Et rõ huius põt esse: qr oẽs partes eiusdẽ corpis equaliter sũt susceptibiles talis qua

litatis. Et licet corpus gloriosū sit tāgibile: nō tñ erit corruptibile aut passibile. Et cū inquit Gre. in omel. ꝙ corrūpi necesse est quod palpaꝛ intelligēdū est: ait Ric. de eo ꝙ palpaꝛ relicto naturalibus suis ꝛ de palpabilitate que est scdm primas qualitates actiuas et passiuas: aut per qualitates causatas ab eis. Hec ille. Cūcem ignis et aqua si mutuo se cōtingerēt nullū istoꝝ ageret in alterū: nec ab altero pateretꝛ. qꝛ virtute diuina talis actio ab elemētis et elemētatis tolleretur oīno. Itē forte diceretꝛ ꝙ cū nichil tollatur de homine quod pertinet ad eius quidditatē ꝛ mortale. in tali quidditate ponatur dicēte porphirio ꝙ homo est aīal rationale mortale. Videtꝛ ꝙ homo semꝑ sit mortalis sicut semꝑ est rationalis. Rñdet Ric. di. ꝙ mortale nō signat aliquid pertinēs ad hominis quidditatem: nec debet poni nisi ɓm opinionem Porphirij qui estimauit angelos esse aīalia per naturā immortalia ꝛ mortalitatē pertinere ad homīs naturā. ita vt non posset fieri īmortalis remanēs homo. In quibus Porphiri⁹ errauit. Hec ille. Et lꝫ similiter sint dānati īmortales. i. indissolubiles. nō tñ erūt īmortales et impassibiles sicut dictū est prius in tractatu de penis inferni. Corpus igitꝛ gloriosū tale erit: vt in nulla sui parte possit ledi: etiā si gladio percuteretꝛ: imo si igne inferni poneretꝛ nichil pateretꝛ. O ꝙ̄ res desiderabilis ꝛ iocūda. Si eñ homo in hac vita tale corp⁹ haberet ꝛ ꝙ nō posset separi ab aīa: nec pati ab aliquo extrīseco ꝙ̄tū gauderet de⁹ nouit. Sufficeret eñ multis istud pro omī premio meritoꝝ suoꝝ: ꝛ tñ in illo regno glorioso hoc nō erit malus: sed beatitudo anime multo erit melior omni corpis beatitudine. Erūt igitꝛ oēs ptes eiusdē corpis equaliter īpassibiles per dotē impassibilitatis Et hec de tertio. Quarto dictū est ꝙ

impassibilitas i subtracto equalis erit opere. ad cui⁹ declaratione ait Boñ. i. iiii. q̄ due scđe operatiões de q̄bus dictũ est i p̄mo mẽbro nõ manebũt q2 inter elemẽta vnita in corpe nõ erit pugna et rõ huius triplex est ẜm eundẽ doc. Prima est tẽporata mixtio cõfringẽs cõtrarietatẽ scđa ẽ elemẽtariũ appetituũ quietatio tertia est aïe influentis cõseruatio ⁊ rõne primi nõ pugnãt ratione secũdi nõ possunt pugnare rõne tertii hñt quiescere. Hec ille. Corpus igiẜ quod erit subtractum illius qualitatis gloriose duas opatiões primas habebit q2 tũc elemẽta erũt sic cõparata vt vitalis calor assimileẜ ṽe nature celesti ⁊ ita nichil consumeẜ in corpore ⁊ per cõsequẽs nec indigebit pabulo in tali ergo erit magna cõtemperãtia ⁊ ita nulla poterit esse dissolutio ⁊ ex hoc erit lõgeuitas vite quam tm̃ in hoc mũdo desideram⁹ quã tñ nõ possumus ꝯsequi in p̄nti mũdo q2 statutũ ẽ. ait apl̃. Heb. ix. hoib⁹ semel mori. Si velimus igiẜ semꝑ beate ⁊ gloriose viuere post hanc vitã debemus nos disponere ad bene mori. vñ Ber. in quodã sermone de apostolis studeamus inq̄t fratres viuere vita iustoꝝ si morte eoꝝ mori desideram⁹. vñ ait Gre. Regio nostra paradisus ẽ ad quã iesu cognito redire per viã qua venim⁹ ꝓhibemur a regiõe eiñ nostra supbiendo et inobediendo visibilia sequẽdo in adã discessim⁹. sed ad eã necesse est vt humiliando obediẽdo ⁊ visibilia cõtẽnẽdo redeamus Sic igitur si mãdata custodierim⁹ sicut ait apl̃s. i. Cor. xv. Oportet corruptibile induere incorruptionẽ mortale hoc induere immortalitatẽ. Ubi secundũ expositionẽ Nico de ly. ostendiẜ resurrectiõis necessitas que accipiẜ ex tribus. primo ex perfectiõe nature humane que nõ est perfecta nisi anima sit corpori coniũcta, ꝑpter quod separari est anime accidẽs

et cōtra ei⁹ naturalē inclinationē vt p̄us dictū ē Nul lū aūt tale pōt eē ꝑpetuū. scđo ex ipletiōe diuine iusti tie. s. vt corp⁹ simł cū aīa p̄miet vel puniat cū aīa pec cauit ī corꝑe vel meruit. tertio ex cōformitate mēbro rū ad caput nr̄ʒ q̄tū ad electosq̄ surrexit ꝑ iteratā vni onē ad corp⁹. hec ille Ad hāc īmortalitatē ꝑueniem⁹ dū ad regnū celorū vocabimur ꝑ xp̄ʒ dicētē. Venite ꝛc

quem cantũ poteris dicere pro tantis beneficiis. Certe illud Apoc. v. Dignus est agnus qui occisus est accipere virtutẽ: et diuinitatẽ: et sapientiã: ꝛ fortitudinem: et honorem: et gloriã: et benedictionẽ. Collaudabũt spiritũ sanctũ qui in virginẽ vt mater dei esset superuenit qui apostolos omniũ genera linguarũ: vt ecclesiã instruerẽt edocuit: et multa alia beneficia cõtulit. dicẽte illud. Sapi. xij. O ꝙ bonus et suauis est domine spiritus tuus in omibus: iste erũt laudes: iste cantilene: ista dulcia carmina. et similia que dicẽt omnes sancti et sancte in illa curia celesti. Cogita si potes ꝙtum erit in tãtis melodissimis cantibus. Quis posset capere. Certe nullus viuẽs. Tales nõ sunt cantilene hominũ mũdanoꝝ et fatuarum mulierum que cõmuniter sunt inhoneste: et magis ad malum ꝙ ad bonum prouocant. et quibus committuntur peccata multa ducẽtia ad ploratum inferni. De quolibet horum ꝓphetauit dauid: et pro eis dixit. Benedicã dominũ in omni tẽpore: semper laus eius in ore meo Et hoc de secũdo. Tertio vero collaudabũt deum ꝓpter eorũ gratificationẽ. nam deo faciẽte gratiam receperunt in sacramẽtis: et alias qua meruerũt vitam eternam. Roma. vi. Gratia dei vita eterna. Ista est gratia gratum faciẽs que: est dispositio per quam anima placẽs deo efficitur: ꝛ eius beniuolentiã assequitur per quam imago dei in anima deformis: iterum reformatur. que etiã bonos a malis discernit: quia secundum Augu. super Johã. Sola dei gratia redempti a perditis sunt distincti. Et ista gratia vt expressius dicam: est quedã spiritualis forma que in anima a deo immediate creatur per quam anima ipsi deo conformatur diligitur: et ad vitã eternam acceptatur. Hec autẽ est ꝙns mentis deputatiuus: ipsa enĩ lauat sordes pcti.

Ab ipsa plures riuuli virtutū emanent. Et sicut fons ad locum fluit inferiorē: sic ad locum humiliorē gratia Jaco. iiij. Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiā. Jsta est pons sustentatiuus ne homo cadat in fluuiū inferni. et de vna rippa ad aliam transibimus: id est de hoc mundo ad gloriā. Super istuȝ pontem positi mortis periculum non timemus: ideo ait apostolus Hebre. xiij. Optimum est gratia stabilire cor. Act. xv. Per gratiā dñi iesu credimus saluari. Hanc igitur gratificationem sancti cognoscētes se habuisse a deo dum fuerint in via specialiter sup hoc referent gratiarū actiones. dicit psalmista. Nō mortui laudabunt te domine: neqȝ omnes qui descendūt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino. per gratiā quam dedisti nobis in mundo benedicimus domino: ex hoc nunc ꝛ vsqȝ in seculū. Et hoc de tertio. Quarto vero collaudabunt dominū ꝓpter glorificationē. ista est vltima et summa causa gaudēdi: cantandi: et deū collaudādi qui tanta conferet bona pro meritis incōpassibilibus ad talem gloriaȝ. de qua et si aliquid dixerimus: nichil tamen cōparatiue diximus ad ea bona que ibi vere sunt. Jdeo ait propheta. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. et Apoca. xix. Audiui vocē quasi multarū tubarū in celo dicentiū alleluia. Laus et gloria et virtus deo nostro. Et sequit. Gaudeamus et exultemus et demus gloriam deo nostro: quia venerunt nuptie agni ꝛ vxor eius preparauit. et datum est ei vt cooperiat se bissinum splendēs candidum. Jstud bissinū est duplex stola. scilicet gloria aīe et corporis. Sic igit patȝ: ꝙ ibi erit vocalis collaudatio ad quam vocabimur dum nobis dicet. Venite benedicti patris mei. ꝛc.

Erit delectabilis visio

SEptima gloria corporis erit delectabilis visio. Quomō autē fiet talis visio declarat Richard⁹ dicens: ꝙ duplex estimutatio sensus. Quedā quā cōcomitatur naturalis organi transmutatio. Quedam quam talis trāsmutatio non concomitatur: sed patitur sensus passione animali. In prima immutatione sensus ita recipit formā sensiiblis ꝙ vere denominatur ab ea: vt cū homo ita sentit calorem ꝙ instrumentum sensus est calidum. In secūda immutatione ita recipit similitudinē forme sensibilis quod non denominatur ab ea sicut patet in visu. Visus eñ videndo album non efficitur albus. Albedo enim vniuoce nō predicatur de albedine que est in pariete: ⁊ de eius similitudine q̄ est in oculo. Prima imutatio nō potest esse sine materiali trāsmutatione que stare nō posset cum impassibilitate beatorū. Sed secūda immutatio non requirit de necessitate: nisi quandā immutationem seu passionem animalem. Sine hac autem esse non potest: quia sensus est quedā passio animalis loquendo de actu sentiendi. Secūdo ergo modo intelligendo ꝙ in beatis quilibet sensus erit in actu: quia talis passio sensus est eius secundaria perfectio. hec ille. Erit igitur corporalis ⁊ delectabilis visio rerum in quattuor principaliter. Primo erit visio assumpte humanitatis. Secūdo virginis et dei matris. Tertio felicis societatis. Quarto celestiū claritatis. Pricipalis igitur visio erit assumpte humanitatis. Dictum est eñ prius per Richardum: ꝙ virtute supernaturali humanitatē christi oculis corporalibus beati videbunt in quocūꝙ loco celi empyrei fuerint. Si pulchrum est videre regem in ornamentis regalibus quāto magis pulchrum et delectabile erit videre regem regum in decore illo maximo quo fulgebit in ce

Io. Atiqꝫ nichil amplius erit tam delectabile sicut ipsum sic videre. Nunc enim non saturatur oculus visu. Eccle. i. Sed videre tunc saturabitur. Tunc quidem beatus ingredietur et egredietur et pascua inueniet Johan. x. Quia vt ait Nico. de lyra. Beatus reficietur interius in aspectu diuinitatis: et exterius in aspectu humanitatis per quam saluatus est Ideo dicit in plurali pascua. hec ille Ut ad hãc delectabilẽ visionẽ peruenire valeamus multũ diligẽter debemus custodire oculos nostros vt nõ perdamus tantã visionem ipsius christi. Ideo dicit ꝓpheta. Auerte oculos meos ne videãt vanitatem in via tua viuifica me. Et ob hoc dicit. Eccle. iij. Oculi sapiẽtis in capite eius. caput nostrũ est christ⁹. In hoc capite debemus oculos collocare dicente ꝓpheta. Oculi mei semper ad dñm Et si nũc non possumus oculos corporales in eũ figere nec eum videre talibus oculis debemus tamẽ oculos figere spirituales: scꝫ intellectũ et affectũ vt inspecta vita christi et cõuersatione et eius mãdatis valeamus ei conformari sicut scriptor per hoc ꝙ oculos ad exẽplar dirigit recte scribit vt dicamus illud secundi Paral. xx. deo nostro. Cum ignoremus qd agere debeamus hoc solum habemus residui vt oculos nostros dirigamus ad te. Affectus etiaꝫ noster debet in christo capite collocari: vt attendẽtes que pro nobis fecit et quãta beneficia nobis cõtulit et cõferre promisit ipsum super oĩa diligamus. Sed heu multi sũt similes porcis qui fructus ab arbore deuorãt: ꝛ oculos ad arborẽ nunꝙ leuant. de quibus dicit in psalmist. Oculos suos statuerũt declinare in terrã. Nam tota eorum attentio et affectio est ad hec terrena. Et vere sicut oculus scd̃m diuersitatẽ rerum distantiũ est cognitiuus: quia rem quã videt a remotis iudicat par-

nam: et quam videt de prope iudicat magnã: vt appa
ret in sole quem paruum iudicat: cum tamẽ sit occies
maior tota terra. Sic est de peccatoribus a deo et a ce
lesti premio per peccati distantiã plurium elongatis
Nam vt dicit psal. Lõge a peccatoribus salus. Ideo
et celeste premiũ paruipendunt. Terrena vero quibus
per amorẽ sunt ꝓpinqui magnipendũt et caripendũt
In quorũ persona dicitur Esa. xxxviij. Attenuati sũt
oculi mei suspicientes in excelso. Sed aspiciẽtes ter=
rena habent oculos fortes et iudicant talia eorũ affe
ctioni propinqua fore magna. Econtra iustorum oculis
celestia eorũ affectioni propinqua vidẽtur maxima.
dicentes cum ꝓpheta. Ego cognoui quod magnus est do=
minus. terrena vero cum sint a iustis remota: parua
videntur imo quasi nulla. Jere. iiij. Aspexi terram:
et ecce vacua erat et nichil. Leuemus igitur oculos no=
stros ad deũ: sicut legimus de sancto martino et plu=
ribus aliis quod oculis ac manibus in celũ erat semper in=
tentus vt mereamur christũ videre oculis corporali=
bus in assumpta humanitate: quoniam illa erat maxime vi=
sio delectabilis. Et hoc de primo. Secũdo dixi quod erit
delectabilis visio virginis et dei matris. Hoc enim
post christũ maxime erit pulchra et excellens in doti=
bus corporis et in gloria illius: et ideo erit multũ de=
lectabile ipsam virginẽ et dei matrẽ videre. Hec enim
post christũ specialiter erit dilecta ab omibus sanctis
Nam cognoscetur ab oĩbus quod ipsa est mater dei.
cognoscetur quod ipsa mediante sunt redempti: quod ipsa
fuit aduocata eorum dum erant in mundo. et multa a=
lia beneficia cognoscent que nunc ignorant. que ta=
men ipa procurante fuerunt eis collata: ideo summe
eam diligent et amabunt. et maximam reuerentiam
exhibebunt. Et solum non homines. sed etiam an=

geli quasi reginam celorum et dominā angelorū ho=
norabunt. ideo omnes ipsā cum maximo gaudio vi=
debunt. Cum quāto gaudio videres matrem dulcissi
mam si esset regina pacifica: et maxima prosperitate
totius orbis. Vere tale gaudiū nihil est ad gaudium
illud quod habebūt sancti de sanctissima matre dei.
Hanc autem gloriā et pulchritudinē virgo mater dei
meruit suis maximis virtutibus: scilicet humilitate:
castitate: et charitate. Hec autē non habuit oculos su
perbos. Nam oculi sublimes pretendūt elationē ani
mi. dicēte Greg. in moralibus. Cordis superbia vsq;
ad mēbra foras ostendit: et per oculos citius indicat.
Sciebat enī virgo benedicta scriptū esse Esa. v. Ocu
li sublimiū depmētur: dicereq; potuit illud ps. Domi
ne non est exaltatū cor meū: neq; elati sunt oculi mei.
Sciebat isuper q superbia excecat oculum rationis
Unde in figura dicit de assyriis qui iterpretant subli
mes. quarti Reg. vi. Percute gentem hanc cecitate
Vere patitur oculus fumo superbie: et excecatur vt vi
dere nō possit iuxta illud pphete. Obscurentur oculi
eoꝝ ne videāt. Unde inter oēs passiones miserabili=
or est ipsa cecitas. Nam ipsa est que decipit cecum in
apprehēdendo in iudicādo et eligēdo. In apprehē=
dendo: qr cecus nescit apprehēdere vtrū hoc sit albū
aut nigrū. In iudicando: quia quādoq; se iudicat ad
orientē ire: et vadit ad occidentē. Etiā in eligēdo: qa
loco auri eligit cuprum. Ita cecus: id est peccator res
mūdanas que sūt nigre: obscure: et viles reputat cla=
ras et nobiles: et econuerso. Etiā peccator decipit in
iudicādo siue deliberādo: qr sepe fit vt deliberet et iu
dicet ire finaliter ad paradisum: et tamē vadit ad in=
fernū. decipit etiā quia cōmuniter eligit denariū pro
paradiso. Sopho. pmo. Ambulabūt vt ceci: qr domi

no peccauerũt. Tales igit̃ pericula peccati non perpendunt. Uirgo autẽ humilis clarissime videns oĩa ad salutem necessaria ad tantã perfectionẽ peruenit vt in curia celesti sit delectabile eam videri ab oĩbus beatis. Et hoc de scd̃o. Tertio erit visio delectabilis felicis societatis. Quod erũt beati in illa celesti gl'ia solus deus et cui reuelare voluit nouit. Certũ ẽ tamẽ q̃ beatoꝝ erit maximus numerus. Sicut dicit̃ Apo. septimo Cogita igit̃ quãtũ gauderes si haberes maximam multitudinem fratrũ multum a te amatoꝛuꝫ et videres omnes eos in maxima potestate. in maxima gloꝛia perpetua. et in qua nullus posset eos molestare. Uere tu plus diliges quẽlibet sctm̃ in paradisi gloꝛia q̃ vnquã dilexeris aliquã personã in hoc seculo et per consequẽs plus videbis gaudere illos in illa gloꝛia q̃ gauderes de quibuscunq; amicis huius mundi existẽtibus in quacunq; excellẽtia mũdana siue in papatu siue in gloꝛia regali. Oĩs igitur moꝛtalis hoc gaudiũ intelligere poterit quod tamẽ nõ erit pꝛicipale gaudiũ. Ab illa celesti curia oĩs iuidia erit elongata: que tamẽ in hoc mũdo multũ regnat. Nullus em̃ tristabitur de bono alterius. sꝫ gaudebit vt dictum est. Nunc vero inuidia filia elationis habet cursum suũ. Ex eo em̃ q̃ aliq̃s vult alij pꝛeferri eius inuidet pꝛosperitati. ideo inuidia dicitur a nõ vidẽdo q̃a nõ potest videre bona alioꝛũ. Hec em̃ est qua mediãte dyabolus ꝓcurauit casum pꝛimoꝝ parentum. mediante qua Cayn interfecit Abel fratrem suũ. mediãte qua Joseph vẽditus est a suis fratribus: mediãte qua Chꝛistus a iudeis crucifixus ẽ. Dicẽte scriptura Mathei. xxvij. De ipso Pylato q̃ sciebat q̃ per inuidiã tradidissent eũ. Inuidia ĩmediate opponit̃ charitati que deus est. Non sic de illis q̃ sunt vel erunt in

gloria sed id vere de illis dicetur qđ scribitur primo Mac.viij. Omnes obediũt vni. ⁊ nõ est inuidia neq̄ zelus inter eos. Et hoc de tertio. Quarto dictuȝ est ꝙ ibi erit delectabilis visio celestium claritatis. Nõ em̄ solum delectabiliter christum videbunt aut virgineȝ gloriosam aut tantam societatẽ. sed etiã videbũt oculis corporeis illud maximũ et pulcherrimũ palaciuȝ celi empyrei. ⁊ quecunq̄ voluerint videre in tota mũdi machina videbũt. Vñ sicut pulchritudo dom⁹ facit ad solaciũ ⁊ cõplacentiam atq̄ delectationẽ hoĩm sic vtiq̄ pulchritudo illius perpetue domus et habitationis faciet ad gaudiũ et delectationẽ sanctorum Si tantũ delectãt pulchra castra pulcherrime dom⁹ et habitatiões huius mundi in eis habitantes vt vix velint ea dimittere quid faciet illa domus regia que sine comparatione pulchrior erit oĩbus palacijs que vnq̄ fuerunt etiam si omnis illarũ domorũ pulchritudo posset simul esse. Hec est domus de qua dicitur in psalmis. Gloria et diuitie in domo ei⁹ Cogitemus igiť fratres ꝙ nõ habemus hic ciuitatẽ manãtẽ. sed futurã inquirim⁹. Hebre. xiij. Ait em̄ ꝓpheta Letatus sum in his que dicta sũt mihi. Et que sit dicta respondet in domũ domini ibimus. Et si hec est leticia in spe. quãto plus in re. Vere multi videnť de his nichil credere ⁊ per cõsequẽs esse infideles cum tantã diligentiam videntur habere de istis domibus trãsitorijs ⁊ de illa celesti non curent. Hec ergo celestis habitatio dabitur vt perpetuo in illa delectabiliter viuãt hijs quib⁹ dicetur. Venite bñdicti pr̄is mei ⁊c. Et hoc de septimo p̄ncipali.

Octaua gl̄ia corp̄is erit grata multũ auditio. Dictũ est prius ꝙ oẽs sensus erunt cũ suis actibus et hoc rationabiliter: quia si sit ibi vocalis collauda=

tio sicut prius dictum est. etiam credẽdum est q̄ ille voces audientur a beatis cũ in suis corporibus nulla membra vel organa desint. Videmus eñ experimẽtaliter q̄ magna est delectatio et cõplacentia in cãtu bene ordinato et ꝓportionato. Sic credẽdũ est q̄ illa celestis cõgregatio delectabitur audiẽdo tot ꝛ tã dulces voces. Unde ibi erit gratissima auditio ex quattuor: Et p̄io ex vocũ sonoritate. Scdo ex multorum quantitate. Tertio ex dictorum veritate. Quarto ex cunctorum bonitate. Erit igitur mirabilis ꝛ gratissima melodia in auditu ex vocum sonoritate. Vox q̄dẽ grauis: rauca: aspera: ꝛ dissonãs valde est vituperabilis et nociua. ꝛ discordie in armonia gñatiua ꝛ auditus audiẽtiũ attediatiua. immo vox vnius si sit dissoluta multorũ bene canẽtiũ turbat vocem vt ait Petrus de berchipno. sed vox dulcis consona ꝛ ordinata multas habet laudabiles ꝓprietates Est eñ vox dulcis letificatiua amoris excitatiua. puritatis cõplexionis ostẽsiua. laudis ꝛ p̄conũ magnificatiua. Hec ille Quis dubitare debet q̄ in illis gloriosis corporibus perfectissime dispositis hec oĩa sint. Vere credendũ est q̄ ibi erunt voces dulcissime auditui maximã melodiam facientes multum resonantes letificãtes cunctos existentes in illa sacra societate. Vox eñ formatur principaliter ex cannalibus gutturis ꝛ folliculis pulmonis que si sunt leues et temperate dulcẽ ꝛ temperatam et equalẽ reddunt vocem. Ibi vero omnia que faciunt ad vocem iocundam ꝛ perfectam in vnũ concurrent. Unde hec vox erit de qua propheta in psalmis. Vox domini in virtute vox domini in magnificentia. Et dicitur vox domini: quia omnis vox sanctorũ erit principaliter ad gloriã et honorez dñi et magnificentiam beatissime trinitatis sicut magis di

cetur in tertio articulo Si eñ nunc voces hoim bene cantantium etiã organorũ aut aliorũ instrumẽtorũ sint gratissime auditui nostro q̃to magis voces ille sine cõparatiõe dulciores ⁊ melius resonantes erunt auribus sanctorum gratiores. Legimus eñ q̄ syrena est monstrũ marinũ habens in vmbilico et sursum formã virginis: inferius figurã piscis que syrena dicitur a dulcedine cantus: quia sui cantus dulcedine͡ʒ nautas trahit et eos dormire facit quos cũ viderit cõsopitos ad nauẽ accedit et quẽ poterit capere secum ducit et perferens ad locũ suum ipsum secum cõueni re cogit qui si noluerit vel nõ poterit ipsum perimit ⁊ eius carnem deuorat. Hec Bartholomeus in libro ꝓprietatũ. Tales sunt cantus cõiter huius mũdi: ⁊ mulierũ maxie in choreis ⁊ alijs locis. Unde dyabolus in hoc assimilatur custodi porcoꝝ qui quãdo vult porcos suos cõgregare facit vnum clamare et sic oẽs alij clamant et veniunt. Sic dyabolus qñ vult cõgregare exercitium suum facit vnã mulierẽ clamare in media villa et tunc oẽs stulti et stulte cõueniunt ⁊ ibi capiuntur multis peccatis ⁊ tandẽ ad infernũ deducunt. O charissimi nõ ẽ hic locꝰ cantandi tales cantilenas: sʒ magis flendi. Luce sexto Beati qui nunc fletis quia ridebitis. Et sequit Ue vobis qui ridetis nunc quia lugebitis ⁊ flebitis. Sicut eñ spõsa que recipit alienum non meret cõsolari sʒ flagellari. Sic anima nõ meretur consolationem illius celestis patrie que recipit alienam. Bernardꝰ. Delicata est diuina ꝯsolatio et non datur admittentibus alienã. Abstrahe igitur te a cantu fatuo vt possis audire illam eternã iubilationem. de qua Cant. ij. ait sponsus id ẽ christus spõse id est ecclesie desiderans nostram salutem. Sonet vox tua in auribus meis. Uox eñ tua dulcis. Si chri

sto sit dulcis vox cuiuslibet beati non immerito deb3
esse dulcis alteri beato. Et sic pat3 quomō erit gratis
sima auditio ex vocum suaui sonoritate Secūdo erit
gratissima ex multorū quantitate. Non enī erit vna
vox tantū resonans ⁊ dulciter iubilans sed erunt tot
voces quot sancti: de qua multiplici voce ait Johan.
Apoca. xiiij. Audiui vocem de celo tanq̄ vocem aqua
rum multarum et tanq̄ vocem tonitrui magni. ⁊ vo-
cem quam audiui tanq̄ cytharedorum cytharizanti
um in cytharis suis ⁊ cantabāt quasi canticū nouum
Dicit ergo Johannes. Audiui vocem experimētātē
michi de gaudio celi tanq̄ vocem aquarum multaꝝ
id est multorum populoꝝ siue sanctorum qui ex mul
tis populis electi sunt: qui dicuntur aque propter flu
xū successiue gn̄ationis. Dicit etiam tanq̄ vocem to
nitrui magni. quia longe et late auditur. Et dicitur
vox tonitrui ꝓpter magnam expressionem vehemē-
tis desiderij quo desiderāt laudare deū. Sicut enim
tonitruum generatur ex vapore incluso in nube que3
continere non potest. Sic sancti in patria nō possūt
cōtinere desideriū suum quin vocibꝰ illud exprimāt
Dicente ꝓpheta in psalmis Exultabūt sancti in gl'ia
Exultare est pre gaudio quasi extra se saltare Sequi
tur. Et vocem quam audiui ⁊c. Hic cōmendatur illa
melodia ab instrumento musico. Cythara lignū ha-
bet cui omnes corde sunt infixe. Hoc lignū designat
meritum dominice passionis qua3 in ligno crucis su
stinuit cui omnia merita sanctorum affixa sunt ⁊ cuiꝰ
virtute omnia efficatiam habent: quia sine illo nullū
sonum reddunt. Beati ergo in patria sua christo at-
tribuunt ideo chordas suas ligno extendunt ⁊ dum
meritis in singulis chordis id ē sanctis cōputādo vi
dent correspōdere premia resultat huiꝰ cythare. id ē

societatis sanctorum suauissimum vocis gaudiū. Et sequitur Et cantabant quasi canticum nouum. quia hoc canticū tantum placebit per infinita secula quā-tum illa hora qua primo incipietur ꝛ ideo semp reputa bitur nouum. Hoc est canticū de quo ait propheta in psalmis. Cantate dn̄o canticum nouū. O inestimabi lis melodia O incomparabilis iubilatio. q̄s te mere bitur audire. Nonne hi qui gaudebūt plus de sua in fidelitate ꝙ iusti de fide qui siles sunt cigno qui pro pe mortē suaꝫ dulciter cantat similes etiā delphinis et syrenis. qui tunc saltāt et gaudent quando tempe-stas in mari debet insurgere. Sic multi gaudent in morte peccati. Certe tales non merentur audire illā vocē dulcissimā quia ex gaudio taliū sequitur tēpe-stas damnatiōis eterne. de quibus dicitur Job. xxi. Exultāt lusibus et tenent tympanū ꝛ cytharā ꝛ gau dent ad sonitū organi. ducūt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendūt: qui dixerūt deo recede a nobis. scientiā viarū tuarum nolumus. Ceci qui nō vident lucem cōiter sunt tristes. Unde dicit Thobi-as capitulo quinto ca. Quale gaudiū michi erit qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Sic sine lu mine gratie nulluꝫ potest esse gaudiū spirituale. ꝛ iō qui per peccatū lumine gratie sunt priuati nunquaꝫ perfecte gaudēt. quia semper portant secū causaꝫ tri sticie. scilicet remorsum cōscientie pro criminibꝰ que fecerunt in psalmis. Nō gaudebit inimicꝰ meus sup me scilicet inimicus gratie non gaudebit de ea. sed ti mor dei delectabit leticiam ꝛ gaudiū Eccl. i. Talibus dabitur gaudiū illius eterne iubilationis. ꝛ hoc de se cundo. Tertio dictū ē ꝙ in illa eterna gloria erit gra tissima auditio ex dictorum veritate. bonis enim bo-na placent. Ad hoc ergo ꝙ cantus placeat deo opor-

Erit grata multū auditio

tet ꝙ placeat ei cātor materia forma ⁊ finis Et in hoc
duo vltima puncta simul possunt delarari. Cātorem
quidem duo faciunt placere iuxta christū scilicet affe
ctio munda. et intentio recta Unde sicut vox munda
facit placere cantum. sic affectio munda. ideo nō est
gratus cantus reproborum. Esa. xxxviij. Ait ezechi
as. Domine saluum me fac scilicet a peccatis et psal
mos nostros cantabimus cunctis diebus vite nostre
in domo domini. Secundo requiritur ꝙ sit intentio
recta sicut vox alta placet intentio recta facit attinge
re ad altissimum. In psalmis. cantabo dn̄o qui bene
fecit michi et psallam nomini domini altissimi Non
immo propter cupiditatem non mundo ꝓpter vanā
gloriam. non carni ꝓpter lasciuiā. sed domino ꝓpter
eius laudē. Unde dicit. ij. Paralipo. xx. ꝙ iosaphat
statuit cantores domini vt laudarent eum. Uere ta=
les sunt cantores illius superni templi quia mundi a
peccatis ⁊ omnē causatum suum faciunt ꝓpter deuȝ
ideo eorum cātus summe placet ipsi deo ⁊ cunctis ip
sis cantoribus Si enī cantor displiceret quātuncūqȝ
bene ageret cantus eius nō placeret ipsi odiēti. Ibi
vero scilicet in gloria erit maxim⁹ amor vnius ad al
terum. et ideo cantus talium multum erit gratus oī
bus ibidem existentibus. Uidemus enim ꝙ matres
que multū diligunt natos suos si vident siue audiūt
eos bene cantātes in diuino seruitio multum delectā
tur. Cantabūt insuper domino vt dictum est figurati
primi Paral. xvi. Ubi dicitur ꝙ dauid constituit co
ram archa domini sacerdotes canere iugiter Placet
etiam cantus quando materia est pulchra. Materia
sūt cantus beatorū erit de beneficijs diuinis in psal=
mis. Cātabimus ⁊ psallemus virtutes tuas. Cātabit
igitur de virtute ⁊ potētia dei: quam ostendit ī mūdī

creatione. de eius mia quam ostendit in nostra redē=ptione de eius clementia quam ostendit in beatoruȝ saluatione: et de multis aliis que longum foret enar=rare. Dicēte pphera in persona cuiuslibet beati. Mi sericordiā ꝛ iudiciū cantabo tibi dñe. Placet iterum cantus quādo fit letando hūiliter sicut cantus auicu larum letior ē et magis gratus quā cantus magnaꝝ auiū. Utiqꝫ cantus beatoꝝ fiet cū magna hūilitate ꝛ reuerentia ad ipm deum: et ad seinuicē ideo erit gra=tissimus. Ideo in psona cuiuslibet sancti dicit pphe=ta. Gaudebūt labia mea cū cātauero tibi: et aīa mea quā redemisti. Unde talis cantus in oī humilitate fa ctus delectabit ꝛ seipm cantantē ꝛ cunctos audiētes. O quanta leticia quātū gaudiū quāta exultatio erit in auditu tantorū cantantiū Quis potest hec cogita re certe nullus mortaliū. O quantum debent optare huiusmodi cantum ꝛ maximam melodiā hi qui dele ctantur in cātibus inhonestis ꝛ lasciuiis aliis que du cunt ad infernū. Sed notate ꝙ sicut oportet pus fa=cere vigiliam ꝙ festum. sic oportet nos prius flere cū flentibus vt post possimus gaudere cū gaudentibus Placet vltimo cantus quādo est sicut iam diximꝰ in gratiarū actiōe. Sicut filii israel cantauerūt post trā situȝ maris rubri dicētes ad inuicē illud Exo. xv. Cā temus dño gloriose ꝛc. Sic vtiqꝫ cantabūt deo gratia rū actiones referendo sancti quia euaserunt pericula maris rubri id est huius mūdi peccatis pleni. Uidē tes aduersarios suos id est demones ꝛ acquiescentes submersos id ē dānatos perpetuo in illo maximo ma ri igne sulphure ꝛ aliis multis penis pleno qd est in=fernus. cantabūt insup pro adeptione glorie dicente Tho. ca. xiii. Per vicos eiꝰ alleluya cantabit. Alle=luya enim est cantus gaudii et exultatiōis. Interpre

tatur enim alleluia laudare dominũ. et ideo istud dicitur esse canticum beatorũ qui scȝ deum laudando letantur: et eum benedicendo et amando continue occupãtur. Istud etiã canticum inter cetera ecclesia sepius replicat ad denotandũ ꝙ laus diuina debet omnibus summe placere et oĩbus desiderari. Uñ Apoc. xix. dicit. Et quattuor seniores: ⁊ quattuor animalia adorauerũt deũ sedentẽ super thronũ dicẽtes amen Alleluia. Uñ in capitulo illo quater ponitur hec vox all'a ꝑpter sacramẽtum trinitatis et vnitatis. Talis igit cantus maximã faciet in auribus sanctorũ delectationẽ ex dictorũ veritate et cunctorũ bonitate quã gratissimã auditione assequentur hi quibus dicetur Uenite benedicti patris mei. ⁊c.

Bona gloria corpis erit redolẽs odoratio. Pro quo notandũ est secundũ Richar. ꝙ perfectio glorie ꝓhibebit ne perfectio vnius potẽtie impediat alterius operationẽ quod nõ potest facere natura in hoc corruptibili statu. Item dicit ꝙ in corporibꝰ gloriosis erit odor in sua vltima perfectiõe nullo modo per aliquã superfluam humiditatẽ depressus: ⁊ ideo ab eis multiplicatur odor ad olfactũ sine aliqua euaporatione. Hec ille. Et iuxta hoc possumus dicere: ꝙ ibi erit odoratio ex quattuor maxime. Et primo ex domini fragrantia. Secundo ex virginis presentia. Tertio ex cetus assistentia. Quarto ex sui subsistẽtia

¶ Primo igitur erit ibi odoratio suauissima et delectabilissima ex christi fragrãtia. Credendũ est enim: ꝙ sicut xp̃us excedit in gloria corpis omnes sanctos et sanctas paradisi. ita etiam excedit in his que cõsequuntur huiusmodi gloriã: quorũ vnum erit odor ille delectabilissimus qui multiplicat in corpore christi vsq ad olfactũ cuiuslibet beati. Unde ecclesia con

siderans huiusmodi odorem excellentē: ait ipsi christo illud Canti. i. Trahe me post te curremus in odorem vnguentorū tuorum. Bonus odor cōfortat spiritus corporales. Sic christi odor suauissimus magnā confert consolationē et delectationē omibus beatis. Sicut eīm videmus q in apotheca sunt species redolentes: quarū vna plus redolet altera. Sic credendū est q in illa summa apotheca sunt valde plures species: id est sancti quorū vnus excellit alterū in odore Unde christ⁹ qui plus ceteris redolet figurari potest per pantheram. de qua dicit libro proprietatum. vij q ab ore eius exit odor aromaticus supra modū suauis: et pp̄ter eius suauitatē omnia animātia ipsā sequūtur. Sic ipe christus est proferēs ex se odorē suauissimū pp̄ter quod omnes sancti ipsum sequuntur. de quibus dicitur Apoca. xiiij. Sequūtur agnū quocunq ierit. hunc odorē si non valemus nūc sentire tamen possumus odorem sue bone vite quam debemus imitari sentire et videre. Unde ipe dicit Johan. viij. Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris: sed habebit lumē vite. Uita christi et eius cōuersatio fugat in nobis tenebras viciorū. Jllud sequitur est apprehēsio cum dilectione operāte eorum que sunt necessaria ad salutē. Unde sicut homo per quinq sensus naturales cognoscit omnia: quia omnis nostra cognitio incipit a sensu. Ita per quinq sensus spirituales apprehēdit que ad salutē pertinēt. Uidelicet per visū sapiētie et discretionis: per auditū obedientie et subiectionis: per odoratū redolētis cōtemplationis: per gustū suauitatis deuotionis: per tactū penetrabilis cōpassionis. Et sicut nō potest quis viuere si priuetur quinq sensibus corporalibus: et membrum dicit mortuū quod non sentit. Sic aīa per gra=

Erit redolens odoratio

tiam nõ est viua: nisi spiritualibus sensibus sit dota- ta: imo si anima que ad salutẽ pertinẽt sentire nõ per pendatur mortua iudicatur: et ideo ad spiritualiter sen tiendũ. mouet apostolus Phili. ij. di. Hoc sentite in vo- bis quod et in xp̃o iesu. Sentiamus igitur mũdi pericu la siue dispẽdia. Hoc sẽtite cordis flagritia in vobis/ crucis supplicia in xp̃o: celi solatia. Jesu qui interpre tatur saluator. Sed multi de hoc nichil sentiũt. Cau sa est: quia mẽbrũ non sentit dolorẽ: nisi quamdiu manet in corpore. Oleũ mãdragore sic hoiem dormire facit quod non sentit sectiones vel pũcturas: et semen iusquiami si fiat de eo vnguẽtũ. ita stupefacit membrũ cui appo nitur quod quasi totaliter perdit sensuz: sic liniti oleo ro sario delitiarũ repleti semine diuitiarũ christi bonuz odorẽ non sentiũt: imo quasi insensibiles remanent. Sap. iiij. Incõstantia cõcupiscentie transuertit sensũ Non sic charissimi: sed sentiamus christũ donec inue niamus ipsum. Sicut canis dum sentit predam non cessat donec eam iuenerit. Et hoc de pmo. etc. Dixi se cũdo quod in gloria erit redolẽs odoratio ex presẽtia ma tris dei. Hec enim beata virgo sicut post filiũ suũ specia lem habet corporis gloriã: ita specialẽ habet odorẽ. et ita etiã beati ex ea specialẽ sensationẽ olfactus conse quuntur et specialem delectationem. Unde de ea can tat sancta mater ecclesia. Sicut myrrha electa odorẽ dedi suauitatis sancta dei genitrix. Cum enim sit iã in corpore gloriosa: vt pie credimus dedit odorẽ suũ in celo empyreo in quo cum christo filio suo regnat et re gnabit perpetuo: dabitque illũ dolorẽ toti curie celesti post diem iudicij. Hoc etiam hoc mundo fragrat per fame redolentiam. Quanta huius virginis sit in to- to orbe fama videre potest per deuotionem singula- rem quã omnes christiani habẽt ad eam. Unde de ea

possumus dicere illud Johā.xij.Domus id est eccle-
sia impleta est ex odore vnguenti.Ex ipsa loquitur di
uina sapientia.Eccle.xxiiij.di.Quasi balsamum nō
mixtū odor meus.Nam sicut in balsamo totū est me-
dicinale:scȝ folia flores et fructus.Sic in virgine fo-
lia sancte locutionis flores honeste conuersationis.et
fructus bone operationis:oīa fuerūt bona et dño ac-
cepta.Et in illo capitulo ponūtur aromatica et odori
fica ad expressionē bone fame ipsius.Nam et beataȝ
(inquit Luce decio)me dicēt oēs generationes:id est
beatitudinē meam predicando dilatabūt.Nec mirū:
quia per ipsam omēs beneficiū acceperūt:peccatores
recōciliationē:iusti benedictionē:et angeli reparatio
nem.per ipsam deus operatus est salutē in medio ter
re:et ideo ad ipsam aspiciūt vt ad matrem dei qui est
fructus oēs reficiētes suo odore salutifico.Unde ipsa
potest nobis proferre illud Genes.xxvij.Ecce odor fi
lij mei sicut odor agri pleni.Hec est igitur dña que sin
gulari odore fame:nūc fragrat ꝛ fragrabit odore rea
li apud oēs sanctos in gloria celesti.Et hoc de secūdo
Dictum est tertio ꝙ in celo erit odor redolēs ex cetus
assistentia.nam et cōsequenter credendū est:ꝙ omēs
illius celestis apothece species:id est sancti singulari
odore redolebunt ſm plus ꝛ minus.O quātus odor
quāta redolentia tot specierum.Si enim omnes spe
cies omniū apothecarum que vnꝙ fuerunt aut erunt
essent in vnum tantū facerēt odorem:nec ita suauem
redolentiā sicut faciet illa maxima societas sanctorū
Ibi odorans erit in maxima delectatione:imo et ipe
totus homo corpe et aīa gloriosus.iuxta illō.Prou.
xxvij.Uariis odoribus delectaꝛ cor.Uñ poterūt ipsi
beati dicere illud.ij.Corin.ij.xpi bonus odor sumus
Mons libani ratione multitudinis arborū aromati-

carũ dicit totus odorificus. Ecclesiastici. xxxix. Quasi libanus odorem suauitatis habente. Tales fuerũt odoriferi per sanctitatẽ et perfectionẽ vite. Nam talis odor perducit ad odorẽ paradisi. Et nos quidem si velimus ad illum odorẽ paradisi peruenire debemus bonã vitam habere. Salmo piscis est qui dulcẽ aquam sentiens adeo eam sequitur vt nullis aduersis detineat: imo dum peruenit ad loca molendinarũ caudã in ore recipit et exclusus prosilit: ita qꝫ aliquãdo mortuus reperit in palis. Sic boni viri iam odorantes per fidem dulcedinẽ celestis patrie omnia mũdana insipida et amara spernunt: et accipiũt caudam in ore: id est cõsiderantes finem suum: molendina id est illa volubilia ad modum molẽdinis trãsiliũt. Iuxta illud ps. Diuitie si affluant nolite cor apponere: imo aliqui amore illius suauissimi odoris moriuntur in palis id est moriũtur pauperrimi oĩbus rebus mũdi renunciando. iuxta illud Math. xix. Si vis perfectus esse vade et vende omnia que habes et da pauperibus: et habebis thesaurum in celo. Et hoc de tertio

Quarto dictum est: qꝫ in celo erit redolẽs odoratio ex sui subsistẽtia. Quilibet sanctus de seipso gaudebit: et odorẽ sui corpis dulciter sentiet. Videmus eñ qꝫ aliqui non habẽtes ex se fragrantiã in manu portãt aliquod pomũ vel aliquid aliud. Beati eñ habebũt pro pomo odorifero suum gloriosũ corpus: quia erũt vna species illius maxime apothece. Unde quilibet poterit dicere illud. Cãti. i. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea: id est cor meũ dedit odorẽ suum. de hoc corpore dicit Sapi. viij. Cum essem magis bonus veni ad corpus coinquinatũ id est per bonitatẽ mentis veni ad gloriã corporis. In corpore autẽ vili omnes

inuoluit merces preciosas: scilicet animã ad imaginem suam et virtutes in sacramẽto baptismi. Sicut mercatores panno vili et rudi inuoluunt mercãtias preciosas: et si rũpantur non est cura. Sic de carne nostra si maceretur si verberet non debet esse cura: sic ꝙ anima preciosa custodiatur. Mathei. xviij. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animã autẽ nõ possũt occidere. Dicitur autẽ in libro de naturis rerũ: ꝙ mõstrum est magnũ quãdo quis habet magnũ corpus et paruum caput Sic moraliter horrendũ est de multis hoibus qui nimis habent corpus magnũ id est carnalitatem: et tamen caput in quo vigent sensus habent paruũ id est rationẽ et mentem habẽt modicam: quia pauca sciunt et modicum curant de sua salute. Non sic paulus corpus suũ diligebat sicut multi carnales: sed dicebat illud. i. Cor. ix. Castigo corpus meũ et in seruitutẽ redigo scʒ spũs: quia ex tali seruitute oritur salus ipsius corporis et anime que sanctis viris dabitur in die iudicij cum eis dicetur. Venite. etc.

Decima gloria corporis erit suauis degustatio. vbi dicit Ric. ꝙ gustus nõ erit in aliquo actu de seruiẽte nutritiue: sed tantũmodo inquantum est apprehensiuus saporis: et hic potest separari ab alio ꝙ erit immutatio animalis sine ĩmutatione naturali et materiali. Unde quidã dicunt ꝙ erit quedã humiditas in lingua beatorũ habẽs illum saporem qui maxime cõpetit pfectioni sensus illius qui in lingua beati seruabitur incorruptibilis imperpetuum. Unde inquit doctor iste. Videt michi dicẽdũ ꝙ hec humiditas aut fiet a deo in lĩgua per creationẽ: aut causabit in ea ex vi btitudinis aĩe: et erit vera humiditas et in qua erit verus sapor. hec ille Erit ergo hec degustatio sub mõ

Erit suauis degustatio

quadruplici. Primo erit quasi cibus reficiens. Secundo ipsis sanctis sufficiens. Tertio oris gustū perficiens Quarto viuaciter afficiens. Primo erit talis degu-statio quasi cibus reficiens. Hoc est dictu ꝙ talis sapor erit in gustu beatorum acsi esset sapor melioris cibi qui posset imaginari et adhuc vt credo excellētior erit omī degustatione pro vita presenti ymaginabili Hec est gustatio que denegabitur vocatis ad cenam magnā sed nolētibus venire. Luce quattuordecimo. vbi dicitur homo quidā fecit cenā magnā et vocauit multos et misit seruum suū hora cene dicere inuita-tis vt venirent quia iam parata sunt oīa. et ceperunt se oēs simul excusare. Et sequitur. Dico aūt vobis ꝙ nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabunt cenam magnā Per hanc cenā intelligit̄ gloria eterna de qua Apocali. xix. dicitur. Beati qui ad cenā agni vocati sunt. ad istam cenam vocauit multos quia oēs vocauit christus deus et homo neminē volēs perire sed oēs saluos facere vt dicit̄. i. Timo. ij. Et misit seruum suum id est quēlibet p̄dicatorem. vt dicit̄ in singulari quia oēs ad eundem finem predicant scilicet ad salutem animarum. dicere inuitatis. qui erāt negligentes vt venirent. quia parata sunt omnia vt nichil remaneret excusationis. Sed sequit̄ pessimū verbū in quo ostenditur dānatio multorum. Nam ceperunt oēs se excusare in quo ostenduntur valde fuisse reprehensibiles. quia cū liberaliter inuitātur nolunt venire. ꝓpter quod iratus paterfamilias ait. Dico autem vobis ⁊c. Dignum ⁊ congruū est vt si homo inuitat̄ ad aliquod bonū percipiēdū ⁊ ex negligētia vel malicia respuit ꝙ ipso p̄uetur. Sed dubitatur de illo verbo oēs quia si omnes se excusent nullus videtur sal-

uari. Respondet interli. Ceperūt se excusare oēs qui inquit venire nolūt cuiusmodi sunt eminētiis inhyā tes Villā inquit emi. rc. Excusāt se rerum opulētiis implicantes. ideo alter dicit. Juga boū emi. rc. Tertio excusant se carnis complacētūs inuoluētes. Ideo alter dixit vxorem duxi rc. Tales inuitati venire contemnūt. ideo precipit inuitari debiles: pauperes: cecos r claudos. Pauperes spiritu qm̄ ipsorum est regnum celorum. debiles ad faciendū mala r fortes ad faciendū bona: cecos in sapiētia mundi: sed vidētes que sunt salutis claudos ī qbus eneruatur carnis cōcupiscētia et recte ambulāt in via paradisi. Tales nō se excusant. Et tertio quidā coguntur infirmitate vel aduersitate cum patientiā habent in his ꝓpter deuꝫ Qui ergo voluerit gustare illam sempiternā cenam non se excuset. Nemo dicat nō possum pctā dimittere Aliena ablata restituere. inimicū diligere. penitētiā agere: immo totis viribus laboremꝰ vt ad illā gustādam veniamus. Et hoc de primo. Secundo dixi ꝙ illa gustatio erit ipsi sufficiēs. Alique sunt degustationes que nō sufficiunt vt paruus cibus multū esurienti vel paruꝰ potus multū sitiēti nō sufficit cuiusmodi sunt hec terrena que nūꝙ sufficiūt sed illa degustatio erit sufficientissima sic ꝙ sancti nil aliud vltra degustare desiderabunt. Ideo ait ꝓpheta. Gustate r videte quoniam suauis est dominus. Ideo dicit cena magna r vere magna: quia ipe deus cibus erit omniū in gloria existentiū. Sed ad sensum nostrū ipse vt dictū est saporē creabit in ore et lingua cuiuslibet beati r ꝑpetuo cōseruabit sic ꝙ erit cuiuslibꝫ sapor multū sufficiēs. Et hoc de secundo. Tertio talis degustatio erit oris gustum perficiens. Poten tia eñi perficitur suo

Erit suauis degustatio

actu conuenienti ꝛ delectabili. Sic vtiq; gust⁹ cuius-
libet beati ex tali sapore ꝑficietur vt sit in operatiõe
tali cõpletissima ad Heb. v. Perfectorũ est solidus
cibus id est beatorũ corpore et aĩa perfectorũ est soli-
dus cibus id est sapor perfectus quasi eẽnt solidi si-
ue perfecti cibi. Uidemus enĩ ꝙ alius est sapor ꝛ alio
modo perficiẽs gustum carnis et piscis mellis et la-
ctis et vt cõmuniter quanto cibus est perfectius nu-
triens tãto sapor ei⁹ dulcior iuxͣ illud philosophi oĩa
nutriuntur dulci. Iste autẽ sapor beatorũ potest no-
bis figurari per saporem mãne. de quo dicitur. Exo-
di decimosexto ꝙ gustus eius erat quasi simile cum
melle Similia ait Nicolaus de ly. est farina delicatis
sima ꝛ ita sapor ipsius mãne erat quasi sapor panis
facti de similia cõmixtione mellis. Dicitͬ tamen Sa-
piẽtie. xvi. Paratum panẽ de celo prestitisti eis sine
labore omne delectamẽtum in se habentẽ ꝛ omnis sa
poris suauitatẽ. sed hoc ait Nicolaus de lyra. Intel
ligendum est ꝙ nõ erat ex natura manne sed ex meri
to sanctorũ hoĩm qui eum comedebãt quibus sapie-
bat sicut desiderabant. malis aũt hoibus ex eorũ de
merito desipiebat. Hec ille. Talis vere erit ille sapor
celestis qui ex meritis dabitͬ ipsis beatis ꝛ habebit in
se omne delectamẽtũ ꝛ oĩs saporis suauitatem. et ita
erit sapor solidi et optimi cibi ꝛ potus. Et hoc de ter
tio. Quarto dictum est ꝙ talis degustatio erit viuaci
ter afficiens Nam sicut sensus gustus et oẽs aliquã-
do sensus corporis gloriosi erunt in optima disposi-
tione: ita actus illorum erunt in efficaci et viuaci ap-
prehensione Unde potest figurari per fauum mellis
quem gustauit Ionathas. de quo dicitur ꝑmi. Reg.
xiiij. ꝙ ionathas extendit summitatem virgule quã

habebat in manu et intinxit in fauo mellis ꝛ cōuertit
manū suā ad os suum ꝛ illuīati sunt oculi ei⁹ Sicut ḡ
ionathas per comestionē mellis fortificatus in visu
et forte ex sumptione mellis ꝛ gustatiōe. ita vtiꝙ bea
ti tam ex dispositione corporis ꝙ̄ ex illo sapore habe
būt viuacē ꝛ excellentē multū gustatiōem. et sic erit
beatitudo celestis patrie oīm bonorū aggregatione
perfect⁹ vt ait Boeti⁹ de cōsolatiōe li. tertio ꝓsa scḋa
Quem statim dignet nobis sua gratia altissimi dei
filius in extremo iudicio cōcedere. cui laus honor et
gloria pro complemēto huius operis sit in sempiter
num patriꝙ et spirituisancto quas tres ꝑsonas vnū
deum credimus ineternum.

AMEN.



¶ Finit speculum finalis retributionis cōpositum ꝑ
reuerendū magistrū Petrū Reginaldeti sacre theo
logie professorem ordinisꝙ fratrum minorū de nouo
correctū et emendatum per venerabilem virum Pe
trum de fontenayo sacre theologie professorem. Im
pressum suburbiis sancti Germani de pratis per Pe
trum Leuet. Anno nostre salutis Millesimo qua=
dringentesimo nonagesimo nono. die vero secunda
mensis Septembris.

Ne forte exigui spernas documenta libelli.
Perlege et inuenies nobile dogma tibi
Ut si quidem fugias vitium virtutis amore.
Cernes virtuti premia digna dari
At si forte nichil moueat te regia celi
Tormenta inferni plurima conspicies
Quin et iudicij dices hic iura supremi
Cunque quibus surgent corpora muneribus
Denique qualis erit totius machina mundi
Dum celi motus desinet accipies
Quocirca vt rerum possis cognoscere finem
Sepe sit in manibus hoc tibi lector opus

Laus deo.

